Ah vereor nequid portendant omnia veri

Ne longe nocuere moræ. procul irrita venti

Dicta ferant subicit Cybele. non tanta Tonanti

Segnicies: vt non pro pignore fulmina mittat,

I tamen: & nullo turbata reuere casu.

Hæc vbi digreditur templis (sed nulla ruenti

Mobilitas) tardos queritur non ire iugales.

Immeritalq; mouens alterno verbere pœnas

Sicaniam quærit quom nondum ascenderit Idam.

Cuncta pauet: speratq; nihil. Sic æstuat ales

Quæ teneros humili foetus commiserit orno

Allatura cibos: & plurima cogitat ascens.

Ne facillem ventus dicussit arbore nidum:

Ne furtum pateant homini: neu præda colubris.

Vt domus excubijs incustodita remotis;

Et resupinati neglecto cardine postes;

Flebilis & tacitæ species apparuit Aulæ:

Non expectato respectu cladis amictus

Conscidit: & fractas cum crimine auellit aristas.

¶ Quoties figurate legendum: quasi dicat sæpe. ¶ Serta flauē-
tia Coronæ spicæ. nam mature segetis is color est. ¶ Comaruz.
quas vertice gestat Ceres Tibul. Flaua ceres tibi sit nostro de ru-
re corona Spicæ. ¶ Sponte cadunt, vltro defluunt. ¶ Exudat,
guttatim manat: quædam exemplaria legunt exudat.

Cereris co-
rona spicæ.

Liber

¶ Larga vel Inuito prorumpunt flumina vultu quoties nolenti
 mihi lachryme oboriuntur: & vbertim manantes genas irrigant
 Intelligimus hec autem facta per reticentiam quæ poeta nusq̃ p
 posuit. ¶ Immissę scribe. Iniusſæ. vt illud eiusdem poetæ in Epi
 thalamio nomenq; beatũ Iniusſæ scripsere manus. ¶ Tundunt.
 verberant. ¶ Pectora mirantia. q̃ nulla extante causa pullarētur.
 alij frigido sensu moerentia legunt. ¶ Si buxos inflare velim. Si
 tibias inspirem. Buxos ex buxo tibias dixit. Prudentius ex eadez
 materia Tabellas Buxa Buxa crepāt cerata generis impacta cruē
 tis. ¶ Gemiscunt. suspirijs simile quidam remittunt ¶ Ferale. ad
 uerbiū est ¶ Si quatiām. verberem. ¶ Planctum. qualis percul
 so pectore redditur. ¶ Ne quid porta idant omina veri. ne fides
 auguriorum succedat. ¶ Ne nocuere. pro nocuerint: nonnulli lea
 gunt. Ah nocuere. ¶ Longæ moræ. q̃ diutius abfuerim ¶ Cybele.
 mater Idea. ¶ Subicit. respondet. ¶ Procul ferant. iactent. nam q̃
 carent effectu venti differre dicuntur. Tibull. Hæc mihi fingebaz:
 quæ nunc eur usq; notusque iactat odoratos vota per Armentos
 ¶ Irrita vana atq; ita Cereris dicta Cybele abominatur. Non tan
 ta Tonanti segnicies. causa quare timendum non sit: quoniam
 Iuppiter non adeo sua negligit. Vt non propignore fulmina mit
 tat. vt filiam non tueatur. ¶ Tamen concedit reditum. Turbata
 nullo casu a metu ociosa. ¶ Hæc. Ceres ¶ Vbi digreditur tem
 plis. Continuo vbi ex adiris pedez extulit. ¶ Queritur. increpat.
 ¶ Iugales. admotos iugo Serpentes. ¶ Non ire. non iter dicto
 citius vorare. ¶ Tardos. refertur ad eius desiderũ. ¶ Sed nulla
 ruenti mobilitas. Interpositio: qua significat animo cupienti nihil
 satis festinari vt ait Salustius. ¶ Immeritasq; mouēs alterno ver
 bere; poenas. Vtrūq; serpentē alternis verberans Iniuria: quō ij ve
 locissime cursum raperent. ¶ Sicaniã quærit. pullabat angues: q̃
 Siciã nō appulerit. Quō non ascenderit Idã. quō summum Idæ
 verticem nondū superasset. Nam ceres ab Inis Idæ vallibus iter
 arripuerat. ¶ Cuncta pauens omnia pertimescens. ¶ Siceodē pa
 cto. Papinij comparatio. Qualis vicino volucris iam sedula para
 tu. Iamq; timens qu. tronde domum suspendat inanem. Proui
 det hic ventos: hinc anxia cogitat angues Hinc hoies. ¶ Aestuat
 curis vritur. ¶ Ales volucris. ¶ Quæ comiserit. crediderit ¶ Te
 neros foetus. pullos adhuc implumes. ¶ Orno cu libet arbori. spe
 cies pro genere. ¶ Humili. non altæ. ac ideo minus turæ. ¶ Alz

Buxus:
Buxum

latura cibos. quæ volauit in pabulum. ¶ Absens. a nido dum pul-
 lis escam quærit. ¶ Cogitat. animo voluit. ¶ Plurima. quicquid
 aduersi possit et accidere. ¶ Ne. ventus. exponit: quid illa secum co-
 gitet. Discusserit. deiciat. ¶ Nidum. nidus est: quo volucres con-
 gerunt. ¶ Colubris. Serpentibus: qui inuolucres auscularum pullos
 appetunt: deuorantque: quod ex Homerico ostento: notum est.
 ¶ Ut. postquam vero. ¶ Incustodita. absque Ianitoribus qui veteri-
 manorum more in catena proforibus excubabant: ut de gram-
 maticis scribens Tranquillus refert. & Oui. Ianitor indigne dura
 religate catena. atque ita nos Tibulli carmen interpretati sumus.
 At mihi seruandaque credas: non sæua recuso Verbera: detrecto non
 ego vincula pedum. ait. n. poeta se libenter in compedibus fore: dum
 modo Ianitor constitutus: obseruet quominus sua Delia quicquam
 peccet. Nam quod alij suspicantur eum compedes & verbera puel-
 læ minari: rusticum est. ¶ Remotis excubijs. ablegatis vigilibus.
 ¶ Resupinati. subuersi Iuena. Aulam resupinat amici ¶ Species
 flæbilis. lugubris aspectus. ¶ Aulæ tacitæ. deserti atrij. Non ex-
 pectato resp. cla. Nihil contata donec iacturam certo pernosceret.
 ¶ Conscidit amic. vestem lacerauit: quod in aduersa fortuna fieri
 solet: ut de Sylla traditur. ¶ Auellit. scindit. ¶ Aristas. quas in co-
 rona ceres habet: ut ante diximus.

Ianitores i
 compedibus
 Tibulli loc?

Hæserunt lachrymæ: nec vox aut spiritus oris
 Redditur. atque imis vibrat tremor ossa medullis
 Succidui titubant gressus: foribusque reclusis
 Dum vacuas ædes: & desolata pererrat
 Atria: semirutas confuso stamine telas
 Atque interceptas agnoscit pectinis artes.
 Diuinus perit ille labor: spaciumque relictum
 Audax sacrilego supplebat aranea textu.
 Nec deflet: plangitque malum: tamen oscula telæ
 Figit: & arrumpit mutas in fila querelas.

Libet.

Attritosq; manu radios: proiectaq; pensa:
 Cunctaq; virgineo sparsa oblectamina ludo
 Ceu natam prestat gremio: castumq; cubile
 Desertosq; toros: & sicubi sederat olim
 Perlegit. Attonitus stabulo ceu pastor inani
 Quem lupus aut rabies pœnorum inopina leonũ
 Aut populatrices infestauere cateruæ.
 Serus at ille redit: vastataq; pascua Iustrans
 Non responsuros ciet imploratq; iuuenços
 Atq; ibi secretatectorum in parte latentem
 Aspicit Electram: natæ quæ sedula nutrix

Textrina.
 in antrijs.

¶ Hæserunt lachrymæ. immota & defixa diu perstitit sine lachry-
 mis. quod in magnis cladibus euenit. & quas præter spez: atq; ino-
 pinatas accipimus. ¶ Nec vox aut spiritus oris redditur. Cererẽ
 defecisse præ dolore significat. neq; hiscebat inquit: neq; spiritum
 reciperebat: adeo dirigerat. ¶ Vibrat. quarit. ¶ Titubant vacil-
 lant. ¶ Succidui gressus. ¶ Magni mœroris indicium. Laodomia
 apud Ouidium. Succiduo dicor procubuisse genu. ¶ Reclusis. pa-
 tentibus & apertis. ¶ Desolata: vacua cultoribus. ¶ Agnoscit. vi-
 de. & telas in atrio compertas ingeniose confingit. nam illi. Tex-
 trina habebant antiqui. vt. Qu. Alconius eoq; prior scribit: Ho-
 merus. ¶ Semirutas. tantum non laceratas. ¶ Confuso perple-
 xo. ¶ Artes pœtinis. telas. l. nterceptas. non absolutas. ¶ Diui-
 nus ille labor. opus numinis & proserpinæ. ¶ Spacium relictuz.
 telam. qua peracta non erat. Supplebat. consumabat. ¶ Aras

nea. beltiola. in quā puella mutata dicitur. fabula p̄ apud Ouidiū
 ¶ Audax. Impudens. quæ sua diuinis necebat. aut ad puellam
 alludit: quæ palladem lanificio prouocauit: & pefricatæ frontis in
 ducitur ab Ouidio: ¶ Sacriligo. nam deæ mortales succedere: di
 uino p̄ operi profanum subtexere: nefas est. ¶ Nec deflet. nam
 magno dolori lachrymæ & sua verba quandoq̄ defunt ¶ Oscu
 la figit. imprimit. quod nimis pietatis & affectus est. ¶ Mutas
 querelas. gemitus & suspiria. vel iniquis fati tacita succensebat
 quom telas oscularetur. ¶ Radios. Radius instrumentum quo
 textores stamini subtegmen immittunt. Ouid. Vtq̄ Cythoriaco
 radium de monte tenebat. Ter quater Idmonia frontem percul
 sit Arachnes. nunc quidam vulgo nauiculam: nonnulli. Druel
 lā vocant. ¶ Manu attritos. vsu tenuatos. ¶ Prolectaq̄ pensaco
 lorem traxit ex illo Maronis. Excussi manibus radij reuolutaq̄
 pensa. ¶ Cunctaq̄ virgineo sparsa oblectamina ludo. Scruta
 quæ apta ludo virgineo. Sidonius appellat. Quid autem scruta
 proprie dicantur: nemo ex ijs quorum edita sententia sit. hacten
 us assecutus est. Et politianus quidem quom scruta singulare
 verbum non esse docuisset: quid ea tamen vox significaret: quod
 maxime cupiebat: silentio præterijt. Nos scruta esse arbitramur at
 tritas vsu vester: dimidiatas strigiles. & iumentorum soleas: re
 fixo selauos. idq̄ genus alia: quæ vilissimi proxonetae venalia
 Mediolani habent: & Romæ: quos antiqui Scrutarios appella
 bant. Lucilius. Quid ni scruta quidem vt vendat scrutarius lau
 dat ita enim legendum est: non vi perperam scribitur apud Gel
 lium. Scuta & scutarius: vt conueniat cum sequentibus. Per fra
 ctam strigilem: soleam improbus dimidiatam: quæ scruta qui
 dem sunt. & scrutarij laudant: vt vendant: scrutarij vero mini
 me Suffragatur Appollinaris qui quasi cognata res friuola &
 scruta coniunxit. Nunc quædam friuola: nunc ludo apta virgineo
 scruta donabat. quippe friuolla vasa fictilia queffa dicuntur
 Iuuenal. Iam friuolla transfert vcalegon descrutis Oratius apud
 quem multa multi. nemo bene. vilia vendentem tunicato scruta
 popello. Nam Syponinus qui scutulas idem putat: quod scruta
 pueriliter (vt in multis) lapsus est. ¶ Pressat gremio. complecti
 tur. ¶ Ceunatam. Non secus ac filiam. ¶ Castuq̄ cubile. virginis
 & inuptæ torū. ¶ Sederat. ipsa Proserpina. ¶ Perlegit. Sappho
 Nasonis. Incubui tetigitq̄ locū q̄ parte fuisti. ¶ Ceu velut. Ver. in

Radius tex
 torius. .

Scruta quid
 Scrutarius.

Gellij. loc.

Friuola. .
 Oratius ex
 ponitur. .

Iupl ceu. ¶ Pastor. Bubulcus hic intelligendus ē. a sequētib⁹ ¶ At
 tonitus. stupore quodā defixus. ¶ Inani stabulo. vastato armento
 ¶ Infestauere. populatæ sunt. vt quom prædones habere infestū
 mare dicuntur. ¶ Caterue populatrices. Magna ferarum vis: & ar
 menti vastatrix: aut host ilis aliqua manus. quod placet. ¶ At ille
 s. pastor. Sunt qui legant ad illa s stabula. Sed prior lectio castiga
 rior: & (mea quidē sententia) magis apta. ¶ Pascua. prata. ¶ Vas
 stata. desolata abacto pecore. ¶ Ciet. vocat. ¶ Implorat: gemens
 clamat. ¶ Iuuenos non responsuros. vitulos iam macēatos: & al
 lusit ad illud Maronis. Seu viuere credant: Siue extrema pati: nec
 iam exaudire vocatos. aut ita procul abactos: vt vocem non acci
 piant: ad quam boves interdū remugiunt: vt ex historia Caci disci
 mus: quam Lilius & Dionysius narrant. ¶ In secreta tectorum
 parte: in penitiore domus recessus. ¶ Electrem: Pleiones & At
 lantis Electra filia fuit abindigenis appellata. Strategis. ex qua
 Iuppiter Dardanus suscepit: alio verbo Polyarchen gentiliter no
 minatum: ac Iasonem quem sui ciues Eetionem vocabant: &
 Harmoniam quæ Cadmo nupsit. autor Hellanicus & Idomene⁹
 in primo Troicorum: ab eadem Samos insula contra Traciam
 Electra quandoq; dicta est: vt Apollonij carmen innuit. Eiusde
 nominis aliam ab insigni in Orestem fratrem pietate: Sophocles
 & Eurypides celebrant. hæc autem de qua poeta: parentib⁹ Ocea
 no & Tethy nata est: vt canit Hesiodus.

Electra

Dardanus .
 Iason.
 Harmonia .
 Electra insu
 la.

Oceanī priscas inter notissīma Nymphas
 Par Cererī pietas: hæc post cunabula dulci
 Ferre sinu: summoq; Ioui deducere paruum
 Sueuerat: & genibus ludentem aptare paternis.
 Hæc cōmunes: hæc custos: hæc proxima mater haberi.
 Tum laceras effusa comas: & puluer e canos
 Sordida: sidereæ raptus lugebat Alumnæ.
 Hanc aggressa Ceres: postq; suspīria tandem
 Laxauit frenosq; dolor: Quod cernimus inquit

Excidium: cui præda feror: regnat ne Maritus:

An cælum Titanes habent: quæ talia viuo

Ausa Tonante manus: rupit ne Tiphœia ceruix

Inarimem: fracta ne iugi compage vesceui

¶ Priscas. maiores natu. ¶ Pat Cereri pietas: quæ matri Cereri
 nō cōcedebat: in amanda Proserpina. ¶ Genibus paternis Hoc e
 media vita sumptū. Claud In cælum transtulit. ¶ Custos. cui Pro
 serpinæ cura credita erat. ¶ Proxima mater. Prima Post Ceretē
 Nam proximus est: quæ nemo antecedit. Supremus quē nemo
 Sequitur: vt iuris ciuiliſ autor Paulus ait. Maro. Proximus huic
 lōgo sed proximus interuallo. ¶ Laceras & ffusa comas. di/cissios
 & solutos crines habens. ¶ Puluere canos sordida. poetica. Sinec
 doche. veteres in summo luctu comas infuso puluere de. urpabāt:
 vt discimus ex Homero. ¶ Canos. Albos ab ætate crines. ¶ Si-
 dereæ. Celesti Sedullus. Sidereæq; Man⁹ ruptis penetralibus oēs
 Attractu patuere fores: Et ingeniose Proserpinæ Inotrix Electra
 fingitur. nam sata quæ Proserpina repræsentat: Humore nutriū-
 tur: qui per electram designatur. inde etiam indolis incrementa:
 animantia quæq; capiebant & a calore: quod antiqui quom testa-
 tum vellent: Capillum atq; barbaz fluminibus & Apollini primū
 tondebant: vt Homericus Achilles indicat: & Plutar. in Theseo.
 ¶ Postq̄ dolor laxauit suspiria & frænos: vbi se mœror ille remi-
 sit: neq; verba singultus impediēbāt. ¶ Cui præda feror: cladis ex
 agge ratio: quis domum diripuit filiamq; a'portauit: ¶ Regnat
 ne meritus: ambigit an rerum Iuppiter potiat: quo hospite sibi
 omnia tuta fore fingebat. Tres autem Iouis vxores fuerunt: vt re-
 citaui mus ex Euhemero: Ceres: Themis: & Iuno. ¶ Iam cælum
 Titanes habent: Scribe an. ex antiquis codicibus. Nam dubitat:
 vnde deiecto Ioue: orbis imperium, Titanes occupauerint. Tita-
 nes primi: terræ cultorēs (vt Lactantius ait) in Creta regnauerunt:
 quod ex ritu religionis Solinus colligit. ¶ Quæ manus: quæ co-
 pia: quis exercitus: aut robur quod in dextra sistrum maiores nos-
 stri putabant: vt Callimachi testimonio iam diximus. ¶ Viuo
 Tonante: non extincto Ioue: sed non tantum Iouem: sed etiam
 Tonantem dixi: vt iniuriæ propulsande facultatem tribuerat: naz

Samothras
cia.

Proximus.
Supremus.

Lugubris
habitus

Capillum &
barbam cur.
Apollini flu-
minibus q̄to
debant.

Iouis vxores
Titanes q̄

Liber

Typhoeus.

Inarime

Pithecusē,
cur.

Candulus

Atlas.

Cercopes q

Qui. locup.

fulminibus armatus Iuppiter Tonans est. **¶** Rupit ne Typhœia
 ceruix Inarimem. Typhœzum Pindarus & Ouidius Aetnæ sup-
 ponunt. Homerus & Lucanus Inarimæ qui locus ab alijs abht red-
 ditur. eaq; diuersas efficit: vt Typhœnis cubile: in Bœotia. Cilicia
 Phrygiaq; & ab Herodoto in Aegypto statuatur. Huius incon-
 stantiæ naturalem causaz tradit Artemon Quicumq; mons inqt
 incendia profert: iniectus Typhoni non iniuria dicitur. Nam repē
 tini flatus & procellæ nomen Typhon: est: quæ semper conflagra-
 tiones eiusmodi comitatur. Inarimem cōposita dictione: e nostris
 accipiunt: insulam in ora Cāpaniæ: de qua longa Strabonis disce-
 ptatio est. Eadem Pitheculæ memoratur: ab historia quam Xena-
 goras: Harprocraton: & Suidas referunt. Fratres (vt aiunt) duo
 Candulus & Atlas: omnium scelerum quibus hominum vita de-
 prauata est: inuētores & caput extiterūt: ijs peruerli mores Cer-
 copum nomen dederunt: appulsoq; & aduenas vndecunq; cit cō-
 uentre studium erat. quod quom aliquando in Iouem tentassent:
 in simias: quas Pithecos græci vocant: ex hominibus mutati sūt:
 inde Pitheculis insulæ: quam tenebant: nomen inditum. Xenago-
 ram. xliij. metamorph. Ouidius secutus est: Manifesto Hermolai
 Barbari errore qui putat Ouidij carmē: ad Doliariorum figlinas:
 vnde Plinius insulæ vocabulum trahit: etiā referri posse. Eius
 verba ex. iij. castigationum libro subieci. Dicta inquit Inarime ab
 Arimis siue populis: siue beluis. ita Aetruscorum lingua dicente
 Simias quas græci Pithecos vocant: vnde nomen insulis Pithe-
 culæ: vt Straboni placet: & fere Ouidio. Steriliq; locatas Colle Pi-
 theculas habitantium nomine dictas. Plinius a figlinis Doliario-
 rum: proinde per i non per y scribenduz Dolia. n. Pithos: Simias
 Pithecos vocant: Potest & Ouidianum illud cum Plinij Sententia
 congruere: vt habitantū: hoc est Doliariorum subaudias. Hic
 aliquis Hermolai diligentiam non iniuria desiderabit: quod nō
 omnes Ouidij versus: quibus ille fabulosam nominis rationeꝝ cō-
 plex⁹ est: perlegisse videatur: qui Pliniū non credit ab Ouidio dis-
 tite. Nasonis carmina (ne quis ambigat) hæc sunt. Inarimen Pro-
 chytenque legit: viridicq; locatas Colle Pitheculas: habitantū no-
 mine dictas. Quippe deum genitor fraudem & perlusia quōdaz
 Cercopum exosus gentisque admissa dolosæ: In deforme viros
 animā mutauit: vt iidem Dissimiles homini possent: similesq;
 videri. Disotimus in herculis certaminibus: ex Ocealia: quæ littoꝝ

Falls Eubœæ ciuitas est: Olum & Eurybatum Cercopas: im-
 stores ac planos fuisse tradit: qui per Bœotiaë triuia: subducto su-
 percilio concurrerent: mortalesq; dolis exciperent: vt Muscam
 Appullam Mediolani videmus: inde nomen in alienarum reruz
 plus nimio fatagentem transtulit Martialis: Item idem repetēs
 Ole quid ad te? Zenobius autem Cercopas in Lydia statuit: vbi
 cum Hercule: qui per id tempus Omphalæ famulabatur: congre-
 sos ait: ac ob nimiam Captandi calliditatem in lapides obduruif
 se. quod eorum mater Menonis multo ante fore prædixerat: sub
 inde monens. Ne Melampygon. id est Herculem nigris natibus:
 iniuria prouocarēt. Alij Thiaë filios & Oceani fuisse malunt. Ho-
 merus Cercopum titulo poema dedit vt discimus ex Plutarcho:
 quod olim perijt: præter admodum paucos versus: quos apud a-
 lios autores legitimus. in ijs poeta testatur. Cercopas quosdam fuis-
 se: qui nusquam consisterent: sed quottidie fere sedes mutarent:
 atq; quoscunq; nanciscerentur: velut ob oculos iacto puluere: ser-
 monis officijs deciperent: vt quos Aegyptios vulgo dicunt: in-
 de natum prouerbium κεραωπιζειν. Quamquam Chrylippo: non
 a quibus dixi Cercopibus: sed ab animalibus quæ κεραω id est cau-
 dæ motu blandiuntur: id tractum placet. Sunt & qui Cercopas
 eosdem Cyclopibus accipiant a matre Cercope nominatos: sed e-
 ruditionibus non persuadent.

Olus.
Enribatus

Martialis
Locus

Hercules

Melampy-
gos

Prouerbium

Alcyoneus per stagna pedes Tyrrena cucurrit:

An vicina mihi quassatis faucibus Aetna

Protulit Enceladum? nostros an forte penates

Appetiit centum Briareia turba lacertis?

Heu vbi nunc est nata mihi? quo mille ministræ?

Quo Cyane? volucres quæ vis sirenas abegit?

Hæccine vestra fides? sic fas aliena tueri

Pignora? contremuit Nutrix: moeroreq; timori

Liber.

Alcyoneus **gigas.** **Porphyrus.** **Alcyoneus.** Is & porphyrio: quem Purpureum græci nominis interpretatiōe Neulus appellauit: ante signantē gigantum fuerūt: vtrique Terra mater concesserat. donec eam contingerent inuictos fore. Minervæ tamen consilio sublimese domici sunt exijs Alcyoneus Herculis cōfossis telis occubuit: vt legimus apud Lycophronem. Cuius filia (quas septem nominat Egesander: Phostoniaz: Anthen: Methonein: Alcippam: Pallenem: Drimo: & Asterion e Canastræ. quod Pallenæ: proximum promontorium: Sophocles in Appollonium memoratur: victæ dolore sese in mare deturbauerunt: atque Amphitrites miseratione: e puellis in aues versæ dicuntur: & Alcyones a patris nomine vocitatae. Nidificationis earum dies Aristoteles scribens de Animalibus: & Simonides in Pentathlis vndecim: Philochorus nouem: Demagoras Samius septem tradit. quo tempore quanquam media sit hyems: maximè ferunt esse tranquillitatem: quam facete Plautus in forum transtulit. Alcedonia sunt circa forum. Easdem Iunonis nuncias esse canit Pindarus in hoc genere mares Cirillos appellari scribit Antigonus. Alexander vero Mendæsius ait Alcyonem Mænalii ex Canobe filiã in Maris Nymphas relatam. Fracta iugi cãpage. Nō mirande ingigante. Hyperbole. quod genus hominum incredibili corporis statura præditos. atque robore fuisse predicant: adeo vt ingentes in Cælum molares torquerent: qui partim in terras partim in mare deciderunt: vnde mōtes & insulæ sunt: vt scribit Duris. Vesæus Prope neapolim mons in Campania: qui mutato priore nomine. Sennia dicitur. Is aliquando conflagrauit: vt Cæcilius in epistolis refert Suetonius & Eusebius. Imperante Tito tantum ex se incendij emisit: vt vicinas regiones & cum hominibus vrbes exureret vt domesticus testis Papinius nollet est. Nō adeo Vesuinus apex & flammæa duri montis hyems trepidas exhauserit ciuibus vrbes. Sed hoc minus inuideo sum: quam quod Plinius rapuit Per stagna Tyrrena per vada maris inferi quod aluit oram Campaniæ Pedes. Hoc etiam fabulosa tradit historia quod vanum Lucretius existimat. Enceladum. Clau. Aetnæ superponit Aemulatione Maronis alij Tiphoeum. Quassatis. subuersis & patefactis. Faucibus. re quem Croteram vocant. Briarela turba. allusit ad multiplices gigantis artus. de quo Vergil. Aenel. x. Aegæon qualis centum cui brachia dicunt. Centenasque manus: quinquaginta oribus ignem Pectoribusque arsisse Iouis quō

Canastreum

Alcyones q̄

Alcyōis dies

Alcedonia.

Mōtes & Insule vnde Vesæus. mons.

Aegeon.

fulmina cōtra Tot paribus streperet Clypeis: tot stringeret enses:
 Idem Gigæ Cottoque forijs: vt canit Hesiodus: Orbi vestibulo cu-
 stos additus est: ne vincula Titanes frustrentur quod Aeneid. sex-
 to designat Maro quamuis alij non obseruarint. ¶ Appetijt. inua-
 sit. ¶ Mille ministræ innumere. Nam Mille:centum:& Sexcen-
 ta sæpe pro infinito numero accipiuntur:& ita Buccolicum Ma-
 ron's carmen intelligendum est. Mille meæ siculis errant in mō-
 tibus agnæ. ¶ Cyane Nympha de qua supra Claudia. & nos alibi
 satis multa. Abegit: fugauit: ¶ Volucres Sirenas. inter omnes cō-
 stat: auis pedibus Sirenes & plumis fuisse Quomque musas ad
 certamen canendi prouocassent: victæ pennis exuctæ dicuntur:
 vnde Cretæ oppido nomen Aptera datum. vbi res gesta traditur
 vt Stephanus & Interpres Lycophronis scribunt. illud ābigitur. A
 partu ne sortitæ sint alas: vt accipere Claudianus videtur: an: vt lē-
 tit Ouidius. iam rapta Proserpina. vt eam per totum terrarum or-
 bem non inuentā: alis abreptæ in aquis etiā perquirerent. ¶ Hęc
 cine vestra fides? Commotæ mentis obiurgatio: hanc ne sedulita-
 tē custodiendis alūnis adhibetis? ¶ Sic fas: ita ne decet: ¶ Alie-
 nas pignora. liberos quos educandos suspicicis. ¶ Nutrix. Ele-
 ctra. ¶ Contremuit ad hæc verba Cereris. ¶ Merorq; timori ces-
 sit. Nam metu poenæ quam Ceres minabatur a lugenda Proser-
 pina desijt: & sibi timere coepit.

Maronis
locus

Mille
Centum
Sexcenta

Sirenes ala-
te & cur

Cessit: & aspectu miseræ non ferre parentis

Emptum morte velit. longumq; immota moratur

Autorem dubium: certumq; expromere funus.

Vix tamen hæc. Acies vtinam vesana Gigantum

Hanc dederit cladem. Leuius communia tangunt.

Sed Diuæ: multoq; minus quod rere: sorores

In nostras nimium coniurauere ruinas.

Insidias superum: cognataq; vulnra carnis

Inuidiæ. Phlægræq; nobis incensior Aether

Liber

Florebat tranquilla domus: nec limina Virgo

Linquere: nec virides audebat visere saltus:

Autor qui

Ver. lo us.

Ilus.
Ilii conditor

Blæsus dux
in lampfaci
Colonie
Phouus
Leucadium
Saltu quis
primus ten-
tarit.

¶ Emptum morte velit. optaret vitam cum morte commutare.
¶ Non ferre aspectus parentis. modo turbato vultu Cererem non
aspiceret. ¶ Immota. stupore metuque defixa. ¶ Moratur longum.
diu contatur. ¶ Expromere. Prodere. ¶ Autorem dubium. Naz
cōpertus non habebat quis nam Proserpinam rapuisset. Autor non
est qui tantum facit: sed princeps & qui primus iubet ut aliquid fiat.
multaque fieri possunt ab aliquo: alio tamen autore qui nihil agat.
inde illud apud Lium frequenter: ut Patres fiant autores .i. ut
perinde accipiant: ac si ipsi iussissent: in hoc significato Ver. Geor
gicorum libro .iij. posuit. Assarici proles demissaque a Ioue gentis
Nomina: Troscque parens: & Troiae Cynthius. autor. Ilus. n. quom
pecus in Mysia custodiret: ex certamine quodam victor: pueros
ac puellas nescio quot: in premium tulit quos Apollinis oraculo
monitus in coloniam deduxit: vbi praeuiam bouem procubuisse
adimaduertit. angustasque pro suis tunc opibus sedes in summo col
le positas Ilium nominavit: quod bellica virtute: & opibus amplis
simam postea fuit Historiam percurrit Lycophron: eiusque narrae
inter pres: ex Lessi Lampfaci filij monumentis. de culus nomine
cum its non contendam: qui Blæsum quam Lessin dici maluerunt
quod eo nomine Coloniae Dux in Lampfacum deductae fuerit: ut si
claris mulieribus a Plutarcho traditur: Phouus illius frater: qui post
hominum memoriam primus Leucadium Saltum tentauit: ut
Charon Lampfacenus in historias rettulit: Illud autem te nolim
fugiat: in omnibus Lycophronis exemplaribus eadem non legi:
librariorum negligentia: qui dum compendia sectantur: Historias
si quae paulo altius repetuntur: aut mutilant: aut comittunt. Quod
autem res: aut nos scripsimus sese habeat: Nouit vix utraque lingua
doctissimus & a secretis pontificis. Io. Lauræus venetus: penes
quem mediae vetustatis codex Lycophronis noster est: vnde sus
perloramutuati sumus. Nouit & Patavinus Augustus: qui litte
ras in vrbe graecas magna cum laude profitetur. Foroliuensis ite
Hieronymus: in omnibus bonis artibus: & imprimis philoso
phiae studijs eminentissimus: qui (ut ingenuus est) quom nobis

Indicantibus eadem legisset: omiſſa Seruiſ ſententia facile nobis
 acceſſit. Nam cui placere docto poteſt? Apollinem dici autorem
 troiæ: q̄ eius muros: vt fabulæ canunt extruxerit: Hac profecto
 ratione: munitor Troiæ: non autor dici debuit: vt eſt apud Ouidi-
 um me fide conſpicuus Troiæ munitor amauit. Quod ſi autor
 inde dicatur: eſſet hoc illi nomen cum Neptunno & Aeaco com-
 mune: quos operis habuit ſocios: vt Pindari ſcribit interpres. Neu-
 trum tamen eorum autorem Troiæ apud quempiam dici legim⁹
 Equidem ad Apollinis reſponſum refero: cuius fidē ſecutus Ilius
 Ilium condidit: vt dictum eſt. Nam Cynthium Troiæ regem: ſi
 modo is vnquam lectus eſt: apud Neronem: Apollinem vocatū
 ſuſpicor Homeri imitatione cuius Carmen etiam qui græce neſ-
 ciunt: non ignorant. Smyntheu præclare teneſſi Dominator A-
 pollo: vt Troiæ regem Cynthium Nero dixerit: q̄ illic impedio
 coleretur: Ac vt Troiæ Regē fuiſſe condonē: Cōditorē certe Tro-
 iæ: nulla vel etiā ficta fabula pſuadebit. ¶ Certū ſunus. cladē: vel
 exitiū: nā extinctā putabat ſcribat (inquit) Electraraptā Proſerpi-
 nã raptoris tñ romē haud norat. ¶ Utinã. Dij facerēt. ¶ Acies exer-
 cit⁹. ¶ Veſana: Temeraria: q̄ deos laceſſeret. ¶ Leui⁹ comunia tā-
 gunt: ratio propoſit ionis: quia ſolatum caperemus: ex mœrote
 ſotia calamitatis. Eadem Penelopes. apud Ouidium ſententia.
 Ut ilius ſtarent etiamnum inuenta phœbi Iraſcor votis (heu) le-
 uis ipſa meis. Scirem vbi pugnareſ: & tantum bella timorem. Et
 mea cum multis iuncta querela foret. ¶ Sed diuæ. Quin ipſe de-
 ¶ Quod minus rere. vix credes etiã. ¶ Ipſe ſorores: Ven⁹ & Pal-
 las & Diana Iouis filiæ: quo patre Proſerпина quoq; nata eſt. Cō-
 iurauere cōſpirauerūt ¶ In n̄as ruinas. In exitiū n̄æ dom⁹ ¶ Ni-
 miū. pluſquã oportuit: aut nos vellem⁹. ¶ Inſidias ſuperū. Dearū
 dolos. ¶ Cognataq; vulnera cernis iuidiæ pathos a neceſſitudine &
 diffinitione. Nam res quæ miſerationem mouet: non dilucide
 dicitur: Sed datur intelligi. Vt Mezentius apud Vergilium. Nūc
 alte vulnus adaptum. quom morteſ filij ſignificet ¶ Phlegra no-
 bis incenſor Aether. Multo magis irati dij nobis ſunt: quam gi-
 gantes: & Aethereſ quidē pro dijs. pro Gigantibus Phlægrã po-
 ſuit. Nā Gigātes Pallenē eādēq; phlægrã tenuerūt ibiq; ab Her-
 cule: vel (vt fabuloſa tradit hitoria) a dijs deleti ſūt vt añ dixim⁹
 ¶ Florebat trāquilla domus Ecce liuoris cauſa Nihil inquit erat
 in tota familia niſi expetēdū: oīa q̄ ſecūda ſupra votū fluebant.

Liber

☞ Tranquilla. Felix ab anni tēpestare sumpta translatione. Tibul.
Venit post multas vna serena dies. Contra Naso. Tempora si fue-
rint nubila solus eris idest aduersa ☞ Virgo. Proserpina Aude-
bat sibi permittebat ☞ Linquere limina. efferre pedem ☞ Viris
des nec visere saltus nec in proximū nemus accedere.

Præceptis obstricta tuis. Telæ labor illi
Sirenes requies; sermonum gratia mecum
Mecum somnus erat: castricq; per Atria ludi:
Quom subito (quonam dubium monstrante tenebras
Præscierit) Cytheræa venit; suspectaq; nobis
Ne foret; hinc Phœben comites: hinc Pallada iunxit:
Protinus effuso lætam se fingere risu:
Nec semel amplecti; nomen q; iterare sororis
Et dura de matre queri: quæ tale recessu
Maluerit damnare decus: vetitamq; Dearum
Colloquio; patrijs procul absentauerit Astris
Nostra rudis gaudere malis; & nectare largo
Instaurare dapes. Nunc arma habitumq; Dianæ
Induitur: digitisq; attentat mollibus arcum:
Nunc crinita iubis galeam laudante Minerua
Implet; & ingentem Clypeum gestare laborat.
Prima Venus Campos Ennæaq; rura maligno
Ingerit affatu; vicinos callida flores
Ingeminat; meritum q; loci velut inscía quærit.
Nec credit q; Bruma rosas innoxia seruet.

Quod gelidi rubeant alieno gramine menses.

Verna nec iratum timeant virgula Booten

¶ Præceptis obstricta tuis. vt tue voluntati matre gereret. Nam mandasse cererem ne puella foras egrederetur: indicat illa Proserpinæ querela. O male delecti flores: despectaque matris Consilia. Telæ labor illi. quod pudici & bene instituti animi signum est. in de Terent. Texentem telam studiose ipsam offendimus. Sirenes requies. Si quando animum relaxabat Sirenarum cantu mulcebatur. Sermonum gratia mecum. voluptatem captabat ex meo tantum colloquio. Nam fabellas Anus interdum puellis referunt vt horatum tædium detrahant. Tibul. ad Deliam. Sanctique pudoris assideat custos sedula semper anus. Hæc tibi fabellas referat positaque lucerna. Deducat plena stamina longa colo. Mecum sô nus. noctu mecû quiescebat. Casti simul Atria ludi. Verusti codices legunt castique per Atria ludi. quod placet. Ludos non nisi qui virginem decerent exercebat: & intra aulae conseptum Cytheræa. venus. Dubium quonam monstrante tenebras præscierit. Interpositio. Incertum quis nostros veneri secessus indicarit. Suspectaque nobis ne foret. Quo sedulitatis fidem captaret. Iunxit Comitem secum duxit. Pallada. Mineruam græcus accusatiu⁹ discedit a Diodoro Claudianus. is Bibliothecæ libro. v. tradit Dianam: Mineruam atq; Proserpinam Contubernales in Sicilia nueritas essa. & illic vna flores legere solitas vestem Ioui fecisse. Rifu effuso Cachinno. qui lasciuæ deq; conuenit Est que veneris epitheton apud Hesiodum. Ridens. quod Oratius mutuatus est. Siue tu maus Erycina ridens. Nec semel. & sæpius. Iterare nomen sororis. itentidem germanam vocabat: vt se beniuolam declararet. Querî. Subdole querebatur: De dura matre. de te perinde atq; difficilis esses. Quæ tale recessu maluerit damnare decus. Ratio cur immittis a venere. Ceres appellaretur. quia formosam puellam in Siciliam emandasset. Sed hoc ingeniose commentus est ex ritu priuæ religionis. Nam ceteri sacras aedes extra urbem minus frequentiloco statuebant. & quo non nisi mortales. per sacrificia conuenirent. vt dictum est. Procul absentauerit. ablegauerit Astris patrijs a Cælo: quod Iouis eius parentis sedes est. Nostra s. Proserpina. Rudis. simplex: & fallendi imperita. Gaudere ma:

Venus Ris
dens.

Cereris Ae
des extra vr
bem.

Liber

Instaurare. **I**is Letabatur inquit veneris verbis: quæ mala fuisse: sequens exitus indicavit. ¶ **Instaurare dapes.** Epulas sæpius apponebat quod in opiparis lautisque conuiujs fieri solet. Nam instaurare est integrare: & (vt ait Var.) quasi instar nouare. ¶ **Nectare.** diuina positione. quod Aeternitatem græce significat: Arma hab. q; Dia. Indu. dianæ sagittas sumebat & vestem. ¶ **Attentat.** contendit flectere. ¶ **Digitis mollibus teneris & tantæ rei minus peribus.** Nunc interdum. Crinita iubeis. cono insignis. Nam galeæ cristas ex equina cauda vetustas habebat: vt Maro testatur ¶ **Imple hoc** ait: vt ostendat Proserpinam modum Mineruæ capitis adæquare. ¶ **Laborat.** contendit. ¶ **Ingentem Clypeum:** Vastum Mineruæ scutum cuius magnitudinem Verg. expressit Aeneid. ij. quod ait: duos illos e tenedo serpentes: sub eius orbe delituisse. ¶ **Prima venus:** vt imperata faceret. quippe cui Iuppiter mandauerat vt Proserpinam in medios campos ediceret. ¶ **Ingerit affatu** Secunda oratione subiicit ¶ **Affatu Sermonem.** ¶ **Maligno subdolo.** ¶ **Ingeminat.** ¶ **Itentidem memorat:** vt desiderium refricaret. ¶ **Vicinos flores.** Ennenses campos qui semper in floribus erant: & proximi. Meritum. gratiam. Nec credit. simulat apud se fidem non facere. Quod bruma breuiores anni dies. vnde nomen: vt scit Pompeius. eotempore maximis frigoribus exusta terra: nuda est. ¶ **Innoxia nihil offendens supra.** Lambit contiguas innoxia. flamma pruinas. ¶ **Seruet rosas.** Rosæ non in campo solum Ennensi omni tempore florulento: sed in Aegypto: & in agro demum Romano per hyemem proueniebant. vt indicat Martialis. ¶ **Gelidi menses: brumales & pro inde frigidi:** ¶ **Rubeant alieno gramine.** purpureas ferant rosas: quæ veris propriæ sunt. Martialis ad Cæsarem. Quondam veris erant: nunc tua facta rosa est. ¶ **Virgulta verna.** Rosæ scutex: qui vere per naturam floret: quod inde vernare etiam dicitur. Prudentius. Vernat herbarum coma. ¶ **Iratum booten.** Ab arcto spirante boream. Nam Bootes sidus est: quod sequitur septentriones: vt docet Plinius: vnde fiat Aquilo cunctis floribus & præcipue rosis infestus. potes & ad tempus: quo Bootes apparet referre. Nam tertio Idus Februarias exoritur. vt dicitur ex Ouidio.

Bruma vii.

Rose per hyemem.

Uernare. Bootes.

Dum loca miratur: studio dum flagrat eundi:

Persuadet teneris heu lubrica moribus Aetas
 Quos ege nequicq̄ planctus: quas irrita fudā
 Ore preces: ruit illa tamen confisa sororum
 Præsidio: famulæ longō post ordine Nymphæ.
 Itur in æterno vestitos gramine campos.
 Et prima sub luce legunt: quom rore serenus.
 Alget ager: sparsosq̄ bibunt violaria succos.
 Sed postq̄ medio sol altior astitit orbe.
 Ecce polum nox alta rapit tremefactaq̄ nutat
 Insula cornipedum strepitu: cursuq̄ rotarum.
 Nosse nec Aurigam licuit. Seu mortifer ille
 Seu Mors ipsa fuit Lutor permansit in herbis
 Deficiunt riuī: squalent rubigine prata.
 Et nihil afflatum viuit. pallere lygustra
 Exspirare rosas: decrescere Lilia vidi.
 Ut reduces rauco tractu detorsit habenas:
 Nox sua prosequitur currum lux redditur orbi.
 Persephone nulla est. voto rediere peracto
 Nec mansere Deæ. medijs inuenimus aruis
 Exanimem Cyanem: ceruix redimīta iacebat.

¶ Studio dum flagrat eundi. Dū fingit se incensam nimio deside:

Liber.

rio visendi loca. Persuadet Adducit In suam sententiam. quod ingeniose Veneri dat poeta. Nihil est enim quod ea facile non exoret. inde. Pytho: quam Suadelam: nos interpretamur: Veneris filiam Sappho vocat. Teneris heu lubrica moribus Aetas. Quisdam cum superiori verbo coniungunt. ut dicat persuadet moribus teneris & statim sequatur ecphonesis. Sed totus hic versus acclamationi per hypallagen dari potest. Heu Aetas tenera lubricis moribus. Aetatis namque lubricum: vocamus adolescentiam in qua qui sunt facile labuntur: quod verbum Fabius usurpat. Quos ego nequicquam planctus: quas irrita fudi ore preces. Exonerat eius invidiam. Quid intentatum reliquit: quominus egrederetur. & contudi pectus inquit: & precibus institi. sed in cassum: nam nihil illa mota est. Tamen nihilo secius. Illa Proserpina. Ruit. incitata fertur. Confisa sororum praesidio. Nam tutam se putabat: ope Palladis: & Dianae: Famulae. Nymphae subaudi ruunt. Itur. ut illud Maronis. Itur in antiquam Syluam. Vestitos ab hominibus sumpta translatio. Aeterno gramine. perpetuis floribus. Sub prima luce. Diluculo. Quom rore sereno alget ager. quom deciduis in humum prinuis: frigus acute mordet. estque hypallage Nam Serenus ros intelligitur: qui non nisi sereno die cadit. alij codices habent. Albet: quod (mea sententia) magis conuertit. Violaria. prata violis ornata. vel a parte totum florulenta. Sedulius. Purpurei ne per violaria Campi, Carduus: & spinis surgat pallurus acutis Bibunt. hauriunt. Succos sparsos. rores gustatim defluos. Sed postquam. Meridiei periphraasis. Sol altior. quom nostrum caput ad perpendicularum despicit Medio orbe. medio caeli spacio: tantum distans ab ortu & occasu. Ecce. de repente. Nox alta. Spissa obscuritas legitur & Atra. Rapit polum. aufert. Aethram: quod supersit ex illo Vergiliano. Eripiunt subito nubes caelumque diemque Teucrorum ex oculis. Insula. Sicilia mari circumflua. Nutat quatitur. Cornipedum strepitu. pulsu pendum plutonis equorum. Sed dei nomen ipsa silentio praeteriit quod non norat. Streptus hic pedibus excitatus sonus est. Tibull. Ne strepitu terrere pedum. Alij fremitu scribunt: ut pro sequenti verbo: cursusque rotarum: pulsu. Nec licuit: Datum non est. Nolle pro Nouisse. Aurigam. Rectorem currus. Seu mortifer ille. Seu mors ipsa fuit. Siue mortis Auriga fuit: seu potius ipsa mors & laeti dea. Lutor permansit in herbis.

Aetatis lubricum.

Violaria.

Ecce quibus colligebat eum esse mortem quacumque transibat in
 quibus herbae moriebantur. Sunt qui liuor emendent. Nos antiquam
 lectionem tuemur. Quippe luteus: quem Vergilius Lutū dixit: &
 pallidus idem color est: inferis apertus. Nec improbamus: quod in
 alijs exemplaribus: lutor: legitur. Nam luridus epitheton Orco
 conueniens est. Tibull. Diues in ignaua luridus Orcus aqua. de quo
 plura dictū habemus apud eundem poetam. Rubigine. Rubigo in me-
 tallis est: quae situ quo iam contrahitur arida: rubraque metallum
 paulatim absumens: qualem in ferro videmus: inde praecipua fru-
 menti calamitas ut ait Basiliius: Rubigo dicitur: quae ut illa ferrum
 atque alia metalla: sic ista segetes exurit autor in fastis Ouidius. Af-
 flatu n. eius hanelitu contractum: & inspiratum. Pallere lygustra. ex
 albis lutea fieri. Exspirare rosas. marcescere vel odoris fragran-
 tia perdere. Reduces detorsit habenas. qua venerat equos conuer-
 tit. in emendati codices habent detraxit: nos ex antiquis exempla-
 ribus: detorsit legitur. Rauco tractu. sonanti concussu. nam quo
 lora trahuntur: ex aere frenis affixae bullae grauem tinnitum red-
 dunt. Nox sua. Caligo quam currus inuexerat. Persephone nulla
 est. Non amplius apparet. legitur & Nusquam: quod placet. Deae
 Comites peracto voto. confecto negotio: quod expetuerant. &
 hoc ex Electrae persona. quae rem non tenebat. alioqui Proserpi-
 nae raptus: veneri tantummodo gratus fuit Exanimem: Semi-
 mortuam. Cyanem. Cyane Syracusana puella fuit. haec ex oraculo
 Cyanippum patrem mactauit: & se: quae patris desiderio: quanuis
 inuita cessisset. Extinctae diuinos honores Syracusani: sanxerunt:
 quae eius morte sedata pestis esset. Historiam narrat Dositheus de
 rebus Siculis tertio: reperit & Plutarchus. ab eiusdem nomine pe-
 rennis: & ingens fons appellatus est: ut ait Diodorus. Cervix redi-
 mita iacebat. Consternata iam Cyane: fertis ornatum caput depo-
 suerat. Caligantes atra nebula affatae.

Luteus color

Lutor.

Luridus.

Luridus.

Rubigo quod

Cyanique

Et caligantes marcebant fronte coronae.

Aggredimur subito casus scitamus heriles.

(Nam prior cladi steterat) quis vultus equiorum?

Quis regat? illa nihil tacito sed lapsa veneno

Liquitur: in roremque pedes & brachia manent.

Liber

Nostraq; mox lambit vestigia perspicuus fons.
 Discedunt aliæ rapidis Acheloides alis
 Sublata: siculi latus obsedere Pelori:
 Accensaq; malo iam non impugne canoras
 In pestem vertere lyras. vox blanda Carinas
 Alligat: audito frænantur carmine remi.
 Sola domi luctu senium tractura relinquitur.
 Hæret adhuc suspensa Ceres: & singula demens
 Ceu nondum transacta timet. mox lumina torquens
 Vultu ad Cælicolas furiato pectore fertur.

Cyane in
fontem.

¶ Aggredimur subito. continuo occupamus. Sunt qui tacitam:
 pro subito reponant: & male. Casus scitamus heriles petimusq;
 ab ea: quid actum esset de Proserpina. Quis vultus? quæ species
 & improprie. nam vultus (præter hominem) nulli animantium
 datus: est: vt docet Cicero. Nam prior cladi steterat. Parenthe-
 sis. & causam reddit: cur quæ præsentibus extiterant aliam percontan-
 rentur. Nam magis inquit propinqua Proserpinæ fuit: quom ra-
 peretur: & hoc ab historia. Quippe Cyane fons est proserpinæ sa-
 cer iuxta Syracusas: vt Diodori testimonio docuimus. secundum
 quam raptam Proserpinam tradit Cicero. Illa. s. cyane. Nihil. su-
 baudi respondet. Tacito veneno. in textina tabe: quanque medula-
 lius hauserat. Soluitur in latic. liquitur & in aquas migrat. Subre-
 psit crinibus humor. eandem transformationem scribens Ouidi-
 ait. Præcipuaq; de tota tenuissima quæq; liquecunt cærulei crines:
 digitiq; & crura pedesq;. Nam breuis in gelidas membris exilibus
 vndas Transitus est. Mox deinde. paulopost Lambit vestigia. plâ-
 tas abluit. Perspicuus fons. lipidissimus riuus. & eleganter decur-
 rentis aquæ lapsus: monosyllabo finitum carmen expressit. hoc
 in plærilq; Verg. obseruauit: vt in illo Vertitur interea cælum: &
 ruit Oceano nox. item de boue quem mactauit Entellus Aeneid.

v. Sternitur exanimisq; tremens procumbit humi bos. De fluctu
 maris assiliente. Dat. latus. insequitur cumulo præruptus aquæ
 mons. Iam vero de scropha quam commode? Procubuit viridiz
 q; in littore conspicitur sus. Discedunt. facessunt. Alia comites
 Acheloides. Achelous Acarnaniæ fluius quom Thoas antea di
 ceretur ab Acheloo: qui Alcmeonem secutus est ex Thessalia: no
 men accepit. ex hoc vna musarum Terpsichore sirenas peperit.
 Easdem Lycophron Harpyiarum genus appellat. in quo variam
 præbet interpretantibus coniecturam quibusdam filias: alijs pē
 natas accipientibus. Latus obsedere Pelori. Sirenas ad Pelorum
 Siciliæ promontorium statuit. Eratosthenes. Mela Pomponius
 & Strabo in sinu Posidonate ad amnem Silarim vbi nos i Ancho
 ris sepe stetimus Nec iisdē nominibus ab omnibus appe' latur. He
 siodus Thelxopē: vel (vt alij codices habent) Telxinonen Molpē:
 & Aglaophonē: qbus Anthemœssan insulā sedē dedit. Lycophrō
 & eius interpres: interdum pilinoen: Aglaopen: & Thelxiopian
 memorant: quandoque Ligian: parthenopen: & Leucosian. vnde
 de Lucaniæ promontorium cognomine. Tametsi Festus ab Ae
 neæ consobrina datum loco nomen existimat. Quin & Samothra
 cia Leucosia prius est appellata: vt in eius republica scribit Aris
 to. Home. duas tantum Sirenas neq; suo quancq; nomine cele
 brat: alij tres: vt diximus & in ijs Melœssan: quod Eustathius
 ēt legit. Accēsaq; malo. idigne ferētes acceptā cladē. In pestē. in
 pnicē. Nā quoscūq; cantu mulcebant: demū tōno grauatos ne ca
 bāt Vox blāda. scdā & illicibī. atq; ita ad historiæ veritatē nose
 citat. nā Sirenes scorta fuerūt: vt pdit Calephat⁹. q̄ delinimētis ap
 p̄sōs & earū forma captos: ap̄ se desiderere cogebāt: quoad oēs il
 loꝝ opes degluberēt. Alligat. remoratur. Carinas nauēs a parte
 totum. Frænātur remi. imoti torpent: & nauēs nō ipellunt. qd̄ ne
 paterētur. Argonautæ (Si credim⁹ Herodoto) comitē nauigatio
 nis Orpheū s̄pserūt. q̄ remigū mentes a Sirenis ad suos cāt⁹ a
 uerteret. Tractura. Recte. nam trahit vitam: cui grauis est. Seniū
 malam ætatem. Vt Pacuuius & Afranius appellant. & Elegante
 poeta: quæ lib. ij. dicenda fuerant: huc ex Oratiij precepto transpo
 suit. Hæret adhuc in emendati codices habent mœret. nos hæ
 ret legim⁹. Non em̄ tā longa superior attentio. nisi stupore defixe
 Cerericonueniret. Fertur. incita ruit Furiato pectore. Ceres amī
 sa filia Iouem diffusis crinibus: & amenti similis adiit:

Achelous
 vnde.
 Thoasānis

Sirenes
 quot & que

Leucosia si
 reri: & pmon
 torium.

Sirenes
 scorta.

Orpheus in
 ter argonau
 tas cur.

Thuria ces
res vnde.
Orgia cere
ris sacra cur

& qualē Claud. Inducit: inde Thuria sortita cognomen est: vt gre
corum quibusdam placet: eiusdemq; sacra Orgia dicuntur: vt Cle
mens Sidonius affirmat.

Arduus hyrcana qua titur sic matre Niphates
Cuius Achemenio regi ludibria natos
Auexit tremebundus eques: fremit illa marito
Mobilior Sephyro: totamq; videntibus iram
Disperfit maculis: nimiumq; haustura profundo
Ore virum: vitrea tardatur imagine formæ.
Haud aliter genitrix rota bacchatur Olympo
Reddite vociferans: non me vagus edidit amnis:
Non Dryadum de plebe sumus. turrata Cybelle
Me quoq; Saturno genuit. Quo iura deorum?
Quo leges cecidere poli? Quid viuere recte
Proderit? En audet noti Cytherœa pudoris?
Ostentare suos post lemnia vincula vultus?

Niphates q
vnde.

Achemenis
psarū reges

¶ Niphates. Armeniae mons foetus tygris: vt scribit Strabo.
Nomen (vt Arcadio placet) απο τοωει φειν .i. ab assiduo niuium
casu. poetæ tamē præpositi uā vocalē subtrahūt Niphatesq; per sim
plex. i. dicunt. Nicander in. vij. τανρον πριμνα ρεια ενσ κο πελοντε
ι φατην .i. Surgentēq; iugis Taurū: icopulitq; Niphatez ¶ Quati
tur. vapulat & pulsatur: aut tremit. ¶ Matre hyrcana. foeta Tygrī
de quaæ sæuior est: vt inquit Plinius. Hyrcania (quod scribit Xeno
phon) Assyriæ annexa est: gens haud admodum populosa: ob eā
q; rem paret Assyrijs. ¶ Tremebundus. insequēte Tigri. ¶ Ludib
ria Regi Achemenio. In gratiam Regis Persarum: quē ex Ache
menia tribu. opta re mos erat: vt discimus ex Herodoto. Seculi
de Persarum Rege. cuius Achemeniam rabies accenderat iram
Plus fornace sua. Reges autem Persarum (quā narrat Xenophon)

Intra septa feras alebant: quibus conficiendis exercebantur. ¶ Fremit illa marito Mobilior Zephyro. Dij boni quæ quorundam temeritas est: qui vbi minus ipsi explicatam habent historiam: statim contra fidem veteris litteraturæ pro sua libidine verba interpolant: vt hoc in loco. quom nusquam legissent tygres vento concidere: virgula Aristarchi censoria: Marino pro marito substituerunt. Nos marito legendum contendimus ex Oppiano: qui de venatione libros ad Antoninum Cæsarem græce scripsit: in quibus & hoc ex aliorum sententia tradit: quamuis ipse non probet. Oppiani verba (ne quis forte dubitet apposuimus) nam quom docuisset ferarum omnium velocissimum esse Tygim. positemo sic ait. αὐτὸν γὰρ τε βέλιν ἀγρῆν ὡς γένηται. id est nam similis Zephyro planta pernice parenti est. deinceps per correptionem continuo subdit. non patri inquam. Quis enim hoc admittat grauidas spiritu feras reddi? Inualuit tamen hæc hominum vana opinio: vt hoc in genere non nisi tantum foeminas extare falso credant. reliqua illic. in quo Claud. ab ipso discessit illectus amenitate fictionis: quæ poetico magis acumini conueniebat: vt in castro si Hernicorū consuetudine Maro fecit: vbi Eurypide poeta quæ si cognato autore quam Aristotele philosopho vti maluit. Mouit preterea Claud. q̄ equabus Hispanis in agro Olyssipponensi idem euenire: legerat apud Varronem & quicquid sine maris ac cubitu gignitur: vento conceptum pleriq; disputant. Aristophanes Dædalo (fabulæ nomen id est) oua quæ gallinæ absq; officio mariti pariunt ὑπεμια. i. ex interpretatione Theodori: subuaneanea: quæ plato philosophus ἀνεμια vocat. Totamq; vitentibus iram dispersit maculis. Quippe quadrupedes inter tam varia Tygris est quam ex Alitum genere Pavo. autor Oppianus. ¶ Viræ tardatur imagine formæ. Hanc artem captandi Tygres Diu^s Ambrosius Hexhameron libro sexto pluribus verbis exequitur. quæ (quoniam sancta sunt & non illepida) libuit adnotare. nam de natura loquens: illa inquit Tygridis interpellat Ferocitatem: & imminentem eam prædæ reflectit. Nat q; vbi vacuum sobolis raptæ cubile reperit illico vestigijs raptoris insistit. At ille quamuis equo vectus fugaci videns tamen velocitate feræ se posse perverti: nec euadendi vllum suppetere sibi posse subsidium. technaz huiusmodi fraude molitur. vbi se contiguum viderit. Sphæram de vitro projicit: at illa imagine sui luditur. & sobo em putat. rez

Tygres vento concipere

Equæ Olyssipponenses aura grauidæ reddunt.

Tygres quō captantur.

uocat impetum colligere foetum deside^rans rursus inani specie
 retenta totis se ad comprehendendum equitem viribus fundit
 & iracundiae stimulo velocior fugienti imminet. Iterum ille sphae
 rae obiecti fugientem retardat. ne: tamen sedulitate; matris me
 moria fraudis excludit. cassē versat imaginē: & quasi lactatura
 fetus residet. Sic pietatis suae studio decepta: & vindictam amittit
 & prolem. ¶ Genitrix. Ceres. ¶ Bacchatur instar. Mænadis
 incitat rapitur. ¶ Vociferans immaniter clamans. Redite. s. filiaz
 quam surripulistis. ¶ Non me vagus edidit amnis negat se gen⁹
 a fluijs ac fontibus ducere: vt Naiades: in quas sine magna di
 gnitatis iactura peccari potest. ¶ Non Dryadum de plæbe sum⁹
 Arborum deas antiqui Dryades appellauerunt: quoniam Drys
 apud græcorum vetustissimos commune plantarum omniuz no
 men erat. ¶ Turrata Cybelle me quoq; Saturno genuit Exagge
 rat niuriam commemorata persona quam sustinet. Nam Ceres
 vt sentit Euhemerus Cælo Terraq; parētibus Saturni soror fuit
 Alij Saturno ac Ope genitaz tradūt. quibus accedit Claudianus.
 ¶ En. increpantis est Cicero. En cui liberos tute committas. No
 tipudoris. Prostitutæ famæ. Ostentare suos vultus aperta fronte
 in medium prodire. Post lemnia vincula. Amare Venerem pulsat
 omnisque indignatio hinc est Quod accepta hac ignominia Ve
 nus honestissimas quasque deas prouocaret. Ex Homero notissi
 mam fabulam Naso repetit. Vt minutissimis vulcani catenis euz
 Marte irretita Tenuis: Spectaculo Dijs omnibus fuerit. Ex eocō
 cubitu Harmoniam peperit: vt discimus ex Hesiodo. quæ postea
 Cadmo nupsit. Idomeneus tamen: is qui Troica scripsit: Harmon
 niam Iouis & Electræ filiam fuisse dicit: quæ Thebarum portas
 ab Electra matre Electridas appellavit. Male qui hanc Hermio
 nem iisdem elementis quibus Spartanam memorant: quom Cad
 mi cantunx græce dicatur *ακουια*. Itaque a nobis & scribi: & enū
 ciari debere libro septimo Martianus capella ijs verbis indicat Se
 narius inquit Veneri attributus est: & primus Harmonias osten
 ditur genuisse. quippe sex ad duodecim est Symphonia diapason
 Sex ad nouē Hemiolios Sex ad octo Epitritos: dest Sympho
 nia d'atessaron vnde Venus Harmoniæ mater perhibetur. Lem
 nia vulcania. Nam lemnos Aegei maris insula contra Thraciam
 Vulcanum præcipuo cultu prosequabatur. in quam cælitus des
 turbatus a Ioue decidit: vt Homerus & C. Balbus in argonautis

Harmonia
 non hermio
 ne Cadmi
 coniunx.
 Lemnos. vñ
 cur vulcano
 sacra.

co canit. hæc autem fabula ab historia composita est. Nam illic ignis primum repertus traditur. & arma fabricata: unde fontes Lesbij dicti sunt. autor Hellenicus vires in ea diæ fuerunt insignes: Ephestia Myrinaq; Lemni nomen a cultu Idææ matris accepit. quam incolæ lemnon vocant: vt in Europa scribit Hecataeus cui deæ puellæ prouictimis mactabantur. Aethalia prius appellabatur. q; hiatus habebat: per quos eructatus ignis vaporabat. vt apud Polybium legimus.

Ignis vbi primus repertus. Armozum uentio.

Aethalia .:

Hos animos bonus ille sopor: castumq; cubile

Præbuit amplexus hoc promeruere pudici.

Nec mirum si turpe nihil post talia ducit:

Quid vos expertes thalami? tantum ne relictus

Virginitatis honos? tantum ne mutata voluntas?

Iam Veneri: & socijs iunctæ raptoribus itis?

O templis Scythiæ: atq; hominem sitientibus aris

Vtraq; digna coli. Tanti quæ causa furoris?

Quam mea vel dicto tenui Proserpina læsit?

Scilicet hæc caris pepulit te Delia syluis

Aut tibi commissas rapuit Tritonia pugnas.

An grauis alloquio: vestros an forte petebat

Importuna choros? atqui Trinacria longe

(Esset ne vobis oneri) deserta colebat

¶ Bonus ille sopor castumq; cubile. Itonia pronūciatione & gellu iuuanda: ne quod negat cōcedere videatur. ¶ Quid vos? Ad Minervam Dianamque sermonem conuertit. ¶ Expertes thalami. virgines & inuuptæ. ¶ Tantum ne relictus Virginitatis honos? Adeo neglecta pudicitia vobis est? in emendati codices habent relictis nullo sensu. ¶ O Templis Scythiæ. atq; homines sitientibus aris vtraq; digna coli. Tauto Scythæ quoscūq; aduenas capiebāt

Diane taurice sacra.

Iphigenie
historia.

Ter. locus

Minerue
virgo macta
batur.

Scilicet

Trinacrium
adiectivum.Aetia Calli
machi

(capiebant autem multos qui fluctibus & tempestate ad eos de-
pellebantur) Dianæ immolabāt: quæ sacrificia tragicae in scena
Eurypides decantant. Clemens Sidonius: Ammianus: acutus: ac
vtrōq; prior autor Herodotus. Expectabant imprimis: & summo
quidē studio: græci generis homines: in gratiam sacerdotis Iphi-
genæ: quam Iphianaxam vocat Lucretius. Agamenonis ea filia
fuit & Clytemnestræ: vel (vt Duridī Samio placet) Helenæ: The-
sei stupro concepta: Clytemnestre tamen dici: quoniam Menelao
nubens Helena sorori adoptandam dederit: eandem quom græci
classem remorantibus ventis in Aulide essent immolaturi. Dia-
na supposita cerua surripuit & in Scythiam translata suo tēplo
præfecit: quidam mutatam dicunt in Ceruam: Nonnulli in animum
Phanodici rerum scriptor in vrsam: Nicander in taurum. Hesto-
pus in mulierum Catalogo ait: Hecaten Dianæ numinæ atque
voluntate effectam. inde Verg. Aenei. ij. composuit oraculum.
Sanguine placatis ventos & virgine Cæsa: Ventos inquam quia
βακταίο hoc est procellis Iphigeniam mactare statuerant: vt est
apud Lycophonē: quod Seruius & alij non viderunt: quin & pho-
censes græcos etiā Dianæ pro victimis iugulabant: vt tradit Py-
thochles: inq; Siriae Laodicea virgo Minerue cædebatur: vt Pal-
las refert: qui Mithræ misteria græce scripsit. Non igitur impræ-
catur hic Ceres: vt quidam putant: sed crudelissimum sacri genus
obicit: vt opprobrium: contenditq; sæuissimo earum ingenio cō-
uenire. ¶ Quam læsit: vrguet interrogando: quippe nulla: vel dif-
ficillis respondendi facultas relinquatur: ¶ Vel tenui dicto: leuis-
simo saltez verbo. ¶ Scilicet. fere semper ad Ironiam ponitur. Te-
rentius. id populus curat scilicet & Verg. Scilicet is superis labor
est ea cura quietos sollicitat. ¶ Vestros an forte petebat Impor-
tuna choros: an vestros coetus intempestiuo interuētū turbabat?
¶ Atqui. quin immo. in vulgaris exemplaribus: atq; perperā scri-
tum est. ¶ Deserta trinacria. Siciliæ secessus. & adiectiue Trinac-
rium dixit: vt Maro. Ante & trinacria lentandus remus in vnda
quod Callimachus Aetion primo: multo ante vsurpauit: vt scribit
Stephanus. Hoc illud opus est quo Martialis ad Mamurræ car-
men omnium primi spectare deprehendimus. Sed non vis Ma-
murra tuos cognoscere mores Nec te scire: legas Aetia Callima-
chi. nam præter alia Callimach. Aetia quoq; scripsit. quo poemate
factorū ritus: & causas cōplexus est: vnde nomen Seruius Aeneid.

primo Maronis verba declarās. Cur dextram fungere dextræ nō
 datur Maiorum (inquit) hæc fuerat salutatio cuius rei ΤΟΧΗΤΙΟΥ.
 Id est causam Varro. Callimachum secutus exposuit: & alibi car-
 men illud enacrans id tertio: vnde etiam templo Triuiæ lucisq;
 sacratis cornipedis arcentur e iul. Ser. ait. exponit ΤΟΥΤΟΥ nam
 Callimach. scripsit Aetia: in quibus hoc etiam commemorat. nec
 ingrati Prisciano sumus: qui Callimachi versum citat ex Aetijs
 li. i. nobisq; adhuc pueris aut quodammodo velit: vt hoc in Mar-
 tiales suspicaremur. Improbo profecto faciunt qui tanq; fisci alie-
 nis laboribus insidiant: & quæ cunq; præripere possunt: pro suis
 ostentant. An si nræ hæc obseruatiunculam: per ætatem prodere
 tum non licuit: & ædificatione non inuento præuenti sumus: Idcirco
 nostra nos laude fraudari patiemur: Non adeo toleranda quies.
 Marius Aequicolus iuuenis apprime doctus: quod eius ingenij
 monumentis notum est: Sanctissime testari potest: me pluribus
 annis antequam in cuiuspiam commentarijs ebulliret: Neapoli
 super hoc Martialis secū loco cōmunicasse: sed & Tideus Actian⁹
 ille picens: præceptor olim meus: vir in omni vitæ colore tercissi-
 mus: & quem nulla re notior disciplina latet: meo nomine multū
 gloriatus: q; eius ætatis puer eruditionis non exiguum specimen
 sub se dedissem: in suas Quisquilijs hoc etiam retulit: opus sane
 varium: quod ab se magna cura compositum: iam tum videbatur
 editurus. ac nescio cur ad hanc diem publicum non ceperit. Nō
 essemus in ijs vindicandis adeo diligentes: nisi nonni illos in alie-
 nis: & quibus ipsi insudarunt: idē molestissime facere vederemus.
 Ex Aetijs præterea Callimachi vetustus & innominatus inter s
 Homeri: qui in publica vaticani Bibliotheca Romæ legitur: sæ-
 pissime testimoniu; perit. Dionysius item Corinthius (vt est apud
 Suidam) eadem inscriptione opus emisit: alludit ad hoc etiā Na-
 so quom dixit. Tempora cum causis latum digesta per annum
 Lapsaq; sub terras orta q; signa canam: quippe Action causam si-
 gnificat & Aetia eodē pene argumēto: quo nostri Fasti cōstabāt.

Martialis
 earmen exp o
 nitur.

Dionysius
 Corinthius
 Aetia quo-
 modo latine
 Qui. locus?

Quid latuisset iuuat: rabiem liuoris acerbi

Nulla potest placare dies. ijs increpat omnes

Vocibus. ast ille (prohibet reuerentia Patris)

Aut reticent: aut nosse negant. Responsaq; Matri

Dant lachrymas quid agat: rursus se victa remittit
 Inq; humiles demissa preces. Ignoscite siquid
 Intumuit pietas: siquid flagrantius actum est
 Quam decuit miseram: supplex miserandaq; vestris
 Aduoluo genibus. Liceat cognoscere sortem.
 Hoc tantum. Liceat serenos habuisse furores:
 Scire peto quæ forma mali: quamcunq; dedistis.
 Fortunam: sit rapta feram. Fatumq; putabo
 Non scelus, aspectum precor indulgete Parenti,
 Non repetam quæ sita manu: securus habeto
 Quisquis es: affirmo prædam: dæsisse vereri.

Inuidie
mala.

¶ Rabiem. liuoris acerbis Nulla potest placare dies. Nullus adeo
 vehemens affectus est: qui non longinquitate temporis minua-
 tur: atq; mollescat. Solus inuidiæ liuor in dies magis atq; magis
 augetur. Nam quisquis hac perturbatione laborat: ne iis quidem
 quos fidissimos sibi existimat: turpissimum morbi genus audeat
 deregere: atq; ita dum in profundo pectoris ægritudinem fouet
 intextinis curis exeditur. Ac neque medicum: neque remedium
 vllum prorsus inuenit. nisi ex eorum quibus inuidet calamitate
 ¶ Rabies. quæ maior dici: aut excogitari rabies potest: quæ pas-
 sim: vt quisque virtuti maxime intendit: omnibus inuidere: & iis
 imprimis a quibus beneficio prouocetis: Quippe quo maiora in
 inuidam merita conferuntur: eo magis dolet: turbatur: angitur
 Plus namque mœroris ex alterius officio: atq; bene de se meren-
 di facultate suscipit: quam ob collata beneficia voluptatis. Quom-
 q; nullum animal a natura immite adeo sit: vt obsequio non de-
 vincatur: vnus inuidus beneficijs redditur importunior. & hoc ē

quod Claud. ait acerbi. Plura leges apud Plutarchum: Basiliumq;
 qui pulcherrimis duabus orationibus: non minus quam debent
 huiusmodi vitium detestantur. ¶ Liuoris. Liuor inuidia dicitur
 ab inuidorum colore: quorum oculi atrii sunt atq; obscuro: Genæ
 pallidæ: turbida supercilia animus perturbatione disruptus: & qua
 lis deniq; .ij. metamorph. describitur ab Ouidio. Quod si certius
 exactiusq; inuidiæ simul actum desideras: Appullam muscā spe-
 ctes oportet. cui neq; verius neq; conuenientius quam Muscæ no-
 men dari aut fingi potuit. Nam vt integras corporis partes præ-
 tereuntes Muscæ ad vlcera sese conferunt Sic is vndiq; inuidia dif-
 fluens dissimulatis animi bonis & vitæ splendore: in hominū dū-
 taxat labeculis immoratur omniaq; detorquet in peius vnde
 (qui maximus peruersitatis cumulus est) optimi cuiusq; sibi odiū
 conflauit nisi quem versutissimi hominis doli: atq; incōstantissi-
 mi mores sefellerūt nam eius ingenij Inuij atq; occultissimi sunt
 recessus nec q; cognosci aut perlustrari facillime possit ¶ Quid
 agat? miseracionem mouet ad dubitatio. vt Didonis illud apud
 Maronem Heu quid agam? ¶ Si quid intumuit pietas Si quid
 amissæ filiaē dolore superbius excidit vtiturq; statu veniali quō
 iracundiæ cām in maternum reijcit affectum qui omnium con-
 sensu maximus est ¶ Flagrācius Ardentius atq; animo commo-
 tiore ita nanq; legendum est: uon flagrantibus vt in emēdati co-
 dices habent ¶ Aduoluo genibus quæ supplicantes tangebant
 ex causa quam superius exposuimus ¶ Liceat cognoscere sortem
 fas sit inueire calamitatis genus ediscere & quo pacto filiā per-
 diderim ¶ Hoc tantum .s. a vobis postulo colorem traxit ex illo
 Vergiliano Hoc solum nomen quoniam de cōtuge restat ¶ Cer-
 tos furores euidentes irascendi causas alij dolores (quod luculen-
 tius est) emendant. ¶ Scire peto quæ forma mali. ita quidem
 nos emendauimus quum vulgati omnes codices haberent. Si
 repares quoque forma mali. ¶ Forma Species & ratio ¶ Mali
 acceptæ cladis ¶ Fatumq; putabo Non scelus nam quæ fato fie-
 unt neq; laudem in se: neq; culpam habent vllam qua ratione nō
 nulli veterum philosophorum contra Chrysippum nituntur. ¶ Af-
 pectam precor indulgete parenti. v. de iudæ filiaē copiam mihi fa-
 cite. sed emphasim parentis nomē habet: vt illud Aenei. apud Ver-
 Parumq; patri tendebat Iulum. ¶ Non repetam. non reposcam
 ¶ Quæ sita manu. natam: quam quis sibi virtute comparauit.

Liuro: vnde.

Inuidie sic
mulacrum
Muscae p-
uersa natura.

Pro genitis; & quantus amor. partusq; tulisti
 Tu geminos. hac vna mihi. Sic crine fruaris
 Semper Apollineo. Sic me felicior æuum
 Mater agas. Largis tunc hymbribus ora madescunt
 Quid tantum dignum flari; dignumq; taceri
 Hei mihi discedunt omnes. Quid vana moraris
 Ulterius; non bella palam Cælestia sentis;
 Quin potius natam pelago Terrisq; requiris
 Accingar lustrare di. m. Per devia rerum
 Indefessa ferat. nulla cessabitur hora.
 Non requies. non sōnus erit. dū pignus ademptū
 Inueniam. gremio quanuis mei gatur Iberæ
 Tethyos; & rubro iaceat vallata profundo.

Latona cur.

Lucina que.

¶ Præuenit. anteuertit: & occupauit. ¶ Munere. premio. i. si raptor a vobis iudicium redemit: & munus largitus est. ne se prodatis. Quod si leges ex antiquis aliquot exemplaribus: foedere. sensus erit. Sin autem vos fidem deistis prodonem non detecturas. ¶ Certe. saltem. ¶ Refer tu o latona. est autem conuersio sermonis ad matrem Dianæ: quæ latonæ nomen a mansuetudine morum sortita est apud græcos: ex interpretatione Platonis. Cōfessa Diana Forte tibi. Forsan (inquit) Dana Raptorem tibi aperuit. ¶ Nosti quid sit Lucina. Non te latet quantum laboris in euitando matres ferant. Putidum est ad Dianæ motes referre. p inde atq; Ceres dicat: Latonem probe scire: quibus nā rebus Diana adduci possit: vt raptorem prodat. Nos vt iam diximus: interpretamur nam supra Ceres ait. Et caros yteri commendo labores. & Romani Lucinam vocabant lunam: quia lucem præbeat: vt in questionibus docet Plutarchus quam in partu ac doloribus adesse opinabantur: tanquā Lunam. Nam plenilunio facile mu-

lieres leuari partu videntur. Eandem ex Hyperboreis Delum ve-
 nisse fama est. ad leuandos latonæ patturiendis dolores: atq; in
 de Lucinæ nomen ad alias gentes manasse. Cretenses ex agro
 Gnosio Lucinam in Amniso natam arbitantur & esse filiam Iu-
 nonis autor Pausanias. ¶ Timor quæ pro genitis & quātus amor
 id est quam solliciti pro liberorum salute parentes sint: quamq;
 eos caros habeant. & hoc indicat superius carmē ex sententiā nos-
 tra intelligendum. ¶ Partuq; tulisti tu geminos. duos inquit li-
 beros: & vno quidem vtero edidisti. Neque grauis quicquam in
 vita tibi posset accidere: quā si alterutro orbareris. Quanto igitur
 ægrius esse mihi senses ex vnica puellæ iactura? Latona gemi-
 nos vno partu peperit: ideo Gamellipara dicta est ab Ouidio. eius
 dem puerperium alij statuunt in Lycia: quod Oratius sentire vi-
 sus est. Qui Lyciæ tenet Dumeta Natalemq; syluam Delius &
 Parareus Apollo. Quidam Delt: plæriq; Zosteri qui locus est in
 Actica Pausanias tamen ait ibi filios non peperisse: sed tanquā
 parituram soluisse Zonam: atq; inde loco mansisse nomen. Quin
 & oppidum Bœoticiæ Tegyra sibi vendicat: vt Semus Deltus asse-
 rit. ¶ Hæc vna mihi scilicet ex Ioue: nam liberos alios ex alijs sus-
 cepit Ceres: vt ante diximus & Alcman Amycleus autor est: eius-
 dem filium fuisse Carnæum a quo Apollinis festa carnæa dicta sūt
 quorum Callimachus meminit & Theocritus. Praxillas autē car-
 næum Iouis ex Europa susceptum canit: quem Apollo dilexerit:
 & ab eius nomine sua festa carnæa dici voluerit. ¶ Sic. obtestan-
 di particula. Vergil. sic tua cyrnæas fugiant examinataxos. ¶ Sic
 crine fruaris semper Apollineo. Apollinis cognomen est Acerse-
 cornes id est intonsus: quod nunquā radij (quod ait Macrobius)
 a fronte solis auelli possunt. eius cesarie latona mater anxie dele-
 ctabatur: vt de pastore deo verba faciens Tibullus indicat. Sæpe
 horrere sacros doluit Latona capillos. Quos admirata est ipsa no-
 uer caprius ¶ Fruaris. voluptatem capias. ¶ Semper perpetuo.
 ¶ Sic me felicior æuum mater agas. Optat vt felicior quam ipsa
 sit in liberis. in quo Latonæ beniuolentiam colligit: & pathos ex-
 citat: vt quom precatur Ouidius ab exilio: vt dissimilem fortunæ
 suæ: dij concedant amico. ¶ Largis hymbribus. vberibus lachry-
 mis. ¶ Quid tantum dignum fieri dignūq; taceri? Complexio
 quæ ab vtraq; parte concludit. Si meæ fortunæ vos miseret ideo
 q; locas lachrymas iungitis: indicat e raptorem. quod sine gatis:

Appollinis
 & Diane
 Hatale. so-
 lum
 Zoster.

Carne q
 Carnea
 Apollinis
 sacra vnde
 Acerseco
 mes apollo
 Apollinis
 come.

Liber.

certe vos nō miseret: quid igitur iste sibi lachryme volūt? ¶ Hel
 mihi discedunt omnes. At illa Cereris verba Dij omnes aduersi
 singuli faceſſebant. inde ceres exclamat. eademq; causa fuit: cur su
 perius dilema: ſupplendum reliquerit. Quid vana moraris? Hoc
 & in ſequentia ſexdecim carmina ſecum Ceres. ¶ Non bella paz
 lam cæleſtia ſentis? Non ne intelligis aduerſari tibi deorum ſtu
 dia? ¶ Quin potius natam pellago terrisq; requiris? Non ne præ
 ſtat inq; terra mariq; filiã perquirere: quã fruſtra rogando tēpus
 conterere. ¶ Lultrare diez. Solis ſemitas veſtigare. ¶ Deuia. qua
 non patet accessus. ¶ Rerum. mundi. ¶ Requies ocium aut ali
 qua laboris remiſſio. ¶ Pignus ademptum. raptã filiam. ¶ Gre
 mio mergatur iberæ Tethyos. Que nunc a Rege Hispano His
 pania dicitur. ab amne prius Ibero Iberia vocabatur autor Tro
 gus. eiufdem regionis alluens oras Mare Iberum fertur. hūc autez
 locum Claud. a Papinio ſumpſit apud quem Diomedes. ita lo
 quitur in Achilleide licet ille ſonantibus antris Tethyos aduerſæ
 gremioq; præmatur aquosæ Nereos inuenies. ¶ Rubro iaceat
 vellata profundo. Quauis Erythræo mari claudatur: id in duos
 ſinus ſcinditur: quorum qui ab oriente eſt Perſicus appellatur: qđ
 eam oram perſæ colant: vicies & ſexagies centena milia paſſuum
 circuitu patens: ex aduerſo alter vnde Arabia eſt arabicus memo
 ratur: vt ait Solinus.

Hispania
Iberia.

Rubrum
Mare

Non Rheni glaciēs; non me Rhipæa tenebunt
 Frigora; non dubio Syrtis cunſtabitur æſtu.
 Stat fines penetrare noti. Boreæq; niualem
 Veſtigare domum primo calcabitur Atlas
 Occaſu; facibusq; meis lucebit Hydaſpes.
 Impius errantem videat per rura; per vrbes.
 Iuppiter extinſta ſatietur pellice Iuno.
 Inſultate mihi; cælo regnate ſupetbi.
 Ducite præclarum Cereris de ſtirpe triumphum.

Sic farur notæq; iugis illabitur Aetnæ;

Noctiuago tædas inflammatura labori:

Lucus erat ppe flumen Acim; quod cãdida præfere

Sæpe mari; pulchroq; secat Galatæa natatu;

Densus; & innexis Aetnæa cacumina ramis.

¶ Rheni glacies: Rhenus notissimus Gallæ flu. ab Alpibus de-
cidens: vt inquit Mella: cuius accolæ antiqui Celtas vocabant:
posterior ætas cognomines amni Rhenos: autor Steph. ij con-
fugum fidem sic probant. a partu recentes filios ad Rhenum de-
ferunt: scutoq; impositos: quia rapidior est: alueo committunt: qui-
bus vnda pepercit: vt suos agnoscunt. extincto adulterio conce-
ptos existimant. extat inter græca Epigrammata carmen incerti
authoris: quod eundem morem pluribus verbis exequitur. Idq;
adulescens perhumanus & non in eruditus Antonius Calcaterra:
paticioribus ijs numeris amplecti tentauit. Audaces rapido du-
bios in gurgite partus Explorant Celtæ. donec diiudicat vnda.
Hæ nunq; capiunt gentes noua pignora matrum: Quam prius
imponant clypeo: tum flumina monstrant An genus obliquum
fuerit. post mater ad vndas Egeriam tendit: natos visura recen-
tes. Et suspensa timet censoris flumina Rheni. Hinc alibi Claud.
Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus. ¶ Non me tene-
bunt. cursum non impediunt. ¶ Rhipæa frigora. Posidonius &
Protharchus (vt dictum est) Rhipæos & Alpes eosdem montes
accipiunt: quos teneant Hyperborei. quibus accedit Tibullus: vt
illic indicabimus. Damastes qui populos græcus autor exponit.
Scythes inqt excipiunt Eshedones: hos Arimasæ i cõtingunt: vlteri⁹
Rhipæi sūt vñ flat A. glo cõtinuus obsessi niuib⁹. Deinceps exter-
ni maris oras habitant Hypborei. inde Aenes iij. Verg. Alpinum
Boreã dixit: q; is e Rhipæis montibus spirat: qui cuz Alpibus ij-
dem sunt: ex sententia Posidonij: ait autem Ceres Riphæis mon-
tibus ppxima se petiturã q; cadetes lassidux niues adeo inuisa effi-
ciunt: vt vltra ne visũ quidẽ intẽdentiũ admittat: vt tradit Mella.

Rhenus
Celte stact
natos filios
explorant

Claudia. loc
cus ex pas
neg.
Rhipæi mōs
tes.
Alpes
Eshedones.
Hypborei.

¶ Er. locus

Liber

Syrtes

¶ Non dubio syrcum. æstu. Syrtes in ora libyæ duæ traduntur: quas vadofum & reciprocum mare inaccessas efficit. eius em̄ defectus aut incrementa: haud promptū est deprehendere. ita incertis motibus nūc in breuia rescinditur dorsuosa: nūc inquietis æstibus inundatur. Varro autor est: per flabilem ibi tertā: subeuntibus vētis rapentini vi spiritus: aut reuomere maria: aut resorbere. plura leges apud Sallustiū

Penetrare

¶ Stat. sedet animo certū est: Ver. Stat casus renouare oēs ¶ Penetrare. adire. sed est in hoc verbo difficultas & inuij pene secessus significatio. Ver. Antenor potuit medijs elapsus Achiuis Illyricos penetrare sinus. ¶ Fines noti. oppositas nobis regiones: vnde flat hauster. ¶ Vestigare. peragrarē ¶ Niualem boreę domum. Septemtriones. vnde spirat Aquilo.

Pterophoron.
Atlantis p̄s
inaccessa
Hydaspes

Regio est assiduis infesta niuibus Pterophoron dicunt: quā deciditibus indefinenter illic pruinis: pennarum simile quid exprimitur: ait Solinus. ¶ Atlas. Mauritaniæ mons est: e media harenarū valtitate cōsurgens: ultra nubila caput condidit. repetē quæ de Atlante superius: ex Eustathio & alijs autoribus recitauimus

Nilus

¶ Primo occasu. qua pelagus intuetur: quā eius latus ad Hadriani Cæsari vsq; tempora inaccessū fuit: vt ait Pausanias. ¶ Hydaspes. Indiæ fluius vnde Nilum manare: Philippi filius Alexāder existimauit: argumento: quod vterq; gigneret Crocodilos. autor Nearchus. ¶ Facibus. thedis. ¶ Impius. non sacrilegus: sed in vxorem natamq; crudelis. ¶ Pellice pellex (vt Massurius ait) apud antiquos ea habita est: quæ cum vxor non esset: cū aliquo tñ viuebat

Pellex

Amica
Concubina.

quam nunc vero nomine Amicam: paulo honestiore concubina appellamus. C. vero Flaccus de iure papiriano scribens: pellicem vocari dicit: quæ cum eo cui vxor non sit: corpus misceat. alios autem arbitrari eam esse quæ vxoris loco sine nuptijs in domo sit: quam græci πελλακην memorant. id genus mulieribus a Numa Pompilio constituta pœna est hac lege. Pellex atam Iunonis ne tangito: si tanget: Iunoni crinibus demissis agnum foeminam cedito. ¶ Ducere præ. Triumphū Vergilianæ similitronia Egregiā vero laudē & spolia ampla refertis Tuq; puer tuus. ¶ Inflammatura tedas vt faces accēdat. ¶ Noctiuago labori. quibus filiā vaga quæ res noctis tenebras pelleret. Noctiuagā lunā Papinius dixit: a tempore quo cursū cōficit. ¶ Prope. secūdū. ¶ Flumē Acim. ripas acidis annis Sicilię quæ decurrit ex Aetna teli impetu: vñ dictus ē: vt docet Eustathius. Acis. n græce latine sagittam significat: hinc vt

Acis fluius
vnde,

sequester Vibius refert: In Vlysse; saxa Cyclops eiuidē Theocritus
 & i tassis Oul. mēit: quō de Cereris errore loquitur. Præterit & ripas
 herbifer Acituas. nec Atys hic legas: vt in emēdari codices habēt
 ¶ Q d. flumē. Galatæa. Doridos & Nerei fila. ¶ Cādida. ex He
 siodo sūpsit epitheton. is. n. ¶ Galatæam canit. candidis comis
 extitisse: & lacti facie sili. vñ ēt dicta ē Galatæa. ¶ Profert. scrib.
 præfert. i. añponit mari. nā libentius illic q̄ in falsis vndis abluitur
 ob Acidis pueri memoriaz: Nymphæ Symet hidos & fauni filij:
 qui mutatus in hunc amnē dicitur: quō eius forma capta Galatæa
 Cyclopis amores auersaretur: idq; iracunde ferens Polyphemus
 in ipsius Galatæa gremio deprēsum Acem: coniecto saxo oppres
 sisset. fabulā scribit Oui. ¶ Dēsus syluis cōfertus & saltuosus sequē
 tia vero hunc in modum coniunge.

Galatea vii

Qualibet vsq; tegens. illic posuisse cruentam
 Aegida: captiuamq; pater post prælia prædam
 Aduexisse datur Phlægræis sylua superbit
 Exuuijs: totumq; nemus victoria vestit.
 Hic patuli rictus: hic prodigiola Gigantam
 Tergora dependent: & adhuc crudele minantur
 Affixe facies truncis: immaniaq; ossa
 Serpentum passim tumulis exanguibus albent
 Et rigidæ multo suspirant fulmine pelles.
 Nullaq; non magni iactat se nominis arbor:
 Hæc centum gemini strictos Aegeonis enses
 Curuata vix fronte leuat: liuentibus illa

Exultat Sancti spolijs. hæc arma Mimantis

¶ Qualibet vsq; vndiq; tegens. ¶ Aetnaeæ cacumina sūma Aet
 nae iuga. ramis innexis. instar topiarij contextis. ¶ Datur. vulgo
 traditur. Melibœus apud Vergilium. Sed tamen iste deus: qui sit
 da Tityre nobis. i. dic. & Tul. Academicoruz primo. Da mihi nūc

Da pro die

Aegis

fatís ne probas? .i. cedo. ¶ Pater. i. Iuppiter. q̄ pater ab indulgētia morum dictus est: vt ait Diodorus & a nobis coniuñcto nomine Iuppiter quasi iuuans pater. lege Ciceronem. ¶ Posuisse illic Aegida. Fama est inquit: Hoc in luco Iouem delectis gigantibus Tropæum statuisse. suspensa capræ nutricis suæ pelle. qua in eo prelio pro Torace vsus fuerat: vt supra rettulimus ex Higyno & alijs autoribus. ¶ Cruentam. gigantum cæde conspersam. ¶ Prædaz captiuam. ex hostibus parta spolia. Iuppiter (vt alij) Tropæum de gigantibus fixit in Pithecusus: vt Procopius: ad Damascum Syriæ vt Valerius Flaccus in Thessalia: vt Claud. hic in Sicilia. ¶ Sylua

Tropeus de gigantibus.

superbit. gloriantur arbores & sibi placent. ¶ Exuuiis phlegræis Gigantum Tergoribus: quæ visceribus direpta sustinent. aut exuuias absolute prædam dixit: & quibuscunq; spoliati sunt hostes.

Exuuiæ

Tibul. Vt domus hostiles præterat exuuias. phlægræum vero vocamus quicquid ad gigantes pertinet: a phlægra Campaniæ seu Macedoniæ ciuitate: vbi bellum gessisse memorantur. autor Solinus & Strabo. sed & non superius exposuimus. ¶ Totum vestit

Phlegreus

victoria nemus. præpostera lectio: & ita restituenda. torumq; nemus victoria vestit: ex antiquis codicibus: & præscriptis etiam numeris. hoc est illa arbor illic quæ deorum victoriæ contra gigantes aliquod insigne non gessit. ¶ Rictus. ora: sed rictus ait: ad exprobrandos Agrestes gigantum mores. nam vero nomine rictus in beluis rostra dicuntur. ¶ Patulis. immaniter hiantes. ¶ Prodigiola monstruosa & vasta. ¶ Tergora. Coria qua ratione supra rictus ait. hoc autem canit etiam fabula: detractam gigantibus

Rictus

Asc. gigas

quibusdam cutem vt Asco: qui cum captum liberum in Bardynæ Syriæ fluuium deiecisset: a Mercurio domitus est: nudatisq; visceribus exemplis omnibus ex carnificatus ad quod alluisse videtur Claudia. ¶ Adhuc. etiam mortuis. ¶ Crudele a iuerbium est ¶ Affixe facies truncis. sequentibus ijs decem versibus Tropæi periphrafin aspergit. Maiores enim nostri fugatis hostibus humana specie stipitem statuebant in summo aliquo iugo. eundemque spolijs ornatum: Tropæum nominabant. Gn. quippe Pompeius (vt Salustius ait) in Pyrenæis deuictis Hispanis tropæa statuit. formam luculenter: vt omnia: describit Maro ingentem querquū decisis vndique ramis Cōstituit tumulo. fulgentiaq; induit arma Mezentii ducis exuuias tibi magne tropæum Bellipotens. apud eum plura. Serpentum. Gigantum pedes in draconum volumina.

Tropeum.

desinebant: quod significat nihil eos rectum, nihil supernum cogitasse: totius vitæ eorum gressu atq; progressu in inferna mergente. Macrobius. ¶ Tumulis, aceruis ossium. ¶ Ex anguibus, extinctorum gigantum. ¶ Multo suspirant fulmine, nam fulmi in quibus e cælo transfossi sunt: adhuc flammam efflant expressit autem Maronis illud de *Æacide*, in primo *Æneid*. Illum expirantem transfixo pectore flammam, alij sanguine legunt ineptissime. ¶ Magni factat se nominis eximio gigantis alicuius titulo sensetur, in *Tropæis* enim devitorum nomina scribebantur. Verg. Indutosq; iubet truncos hostilibus armis Ipsos ferre duces: inimicaque nomina figi. ¶ Hæc, s. arbor. ¶ Vix leuat, Aegre sustinet. ¶ Curvata fronde, legitur & fronte. ¶ Strictos enses, euaginato: & eleganter numero multitudinis usus est: ut multas Briarei manus exprimeret in alijs exemplaribus fractos legi: quod magis placet. ¶ Cæcum gemini, Verbum Maronis usurpat. Etc ensu, geminus Briareus: & belua lernæ: ¶ Illa, s. altera arbor. ¶ Exultat, gloriatur. ¶ Liuentibus, pallidis: ut extincti, vel alludit ad peruersam gigantum naturam. Nam luidos atros etiam dicimus: & nigros itidem malos. Oratius. Niger est Romane caueo. ¶ Zancli, melius ita quam Caci: nam Cacus inter gigantes haud quaquam nominatur. At Zancus vrbi Siciliæ cui suppositus est ab se nomen dedit: ut tradit Stephanus, ea Messana nunc dicitur a colonis. Aliam prioris appellationis causam Nicander affert ab historia, illic enim ferunt absconditam falsam qua Cælum patrem Saturnus execuit, prope falcem Siculi Zancion vocant. ¶ Mimantis, Minas Iontæ mons haud procul a Colophone, continuis obsessus nubibus: ut Homerus & Aristophanes cecinerunt, vnde future tempestates præsentuntur, autor Solinus, meminit & Ouidius in secundo metamorphoseon. Et tandem niubus Rhodope caritura: Minasq; Eundem Philippi filius Alexander perfodere tentauit: ut refert Pausanias: quod vnum opus frustra molitus est. Gigantis hic nomen est: & apud Oratium: quem in mundi dimicatione Mars domuit: ut alibi testatur Claudianus. Occurrit pro fratre Minas Lænumq; cadentem Cum lare Vulcani spumantibus eruit vndis Et prope torsisset: si non mauortia cuspis Arte reuelato Cerebrum fudisset ab ore, vulgati codices habent Minantis: & sic añ nos nonnulli exposuerunt: principium putantes a verbo minor, quod cælorio supcillo bonos violēt libros: hanc impressor mendam dissimularunt.

Zancus

Zancle

Minas
monsMinas
gas.

Liber

Substinet hos onerat ramos exutus Ophion
 Altior & cunctis obies: umbrosaque late
 Ipsius Enceladi fumantia gestat opima:
 Summi Terrigenum regis. caderetque grauata
 Pondere: ni lapsum fulciret proxima quercus
 Inde timor: numenque loco. nemorisque senectæ
 Parcitur: Aethereisque nefas nocuisse trophæis
 Pascere nullus oues: nec robora lædere Cyclops
 Audet: & ipse fugit sacra Polyphemus ab umbra
 Non tamen hoc tardata Ceres: accenditur vltro
 Religione loci: vibratque incerta securim:

Ophion
 Eurynome
 Saturnus
 Ops.

¶ Onerat ramos. arborem grauat. ¶ Exutus Ophion Ophionis
 spoliū. quippe Ophion eiusque coniunx Eurynome Oceani filia:
 ante Saturnum & Opem rerum potiti sunt. Eundem postea Sa-
 turnus fugauit: vt Ops Eurynomen: quod innuit in Cassandra Ly-
 cophron: quom ait in Ophionis solio regnare Iouem qui Saturno
 successit. meminit Aristophanes: & a parte vtriusque tradit inter-
 pres: atque non nihil Eusebius ex sententia Pherecydæ: qui legunt
 Ophias: præterquam quod non habent autores: in eruditis auribus
 esse: carminis sibilo coarguuntur. ¶ Abies. arboris notum genus.
 aut specie... pro genere posuit: nota figura. ¶ Altior cunctis pro-
 cerior: & quæ maiorem in modum in sublime euaserat. Umbro-
 saque late. quæ ramos longe spargit. pro eo quod sequitur: id quod
 præcedit. ¶ Gestat. sustinet. ¶ Opima. quicque magnificum am-
 plumque maiores opimum vocabant: ab Ope Saturni coniuge quæ
 terra credebatur: a qua sunt omnia: inde Opima spolia quæ P. R.
 dux hostium duci detrahebat: vt inquit Festus: vt quæ Romulus
 Acroni: Cossus Tolumnio. Marcellus Viridomaro. Varro tamen ait
 Opima spolia esse etiam si manipularis miles detraxerit dum modo
 hostium duci detrahat. Prima Ioui feretrio figebantur: secunda Mar-

Opima spo-
 lia que.

81. tertia Quirino Verg. de Marcello. Tertiaq; arma patri suspen-
 det capta Quirino quod etiam Numæ legis edicto cauebatur: ut
 est apud Lium. ¶ Fumantia ex incendio fulminis. Enceladi.
 hunc Aetnæ supponit etiam Callimachus: ad hanc sententiã græ-
 ce scribens. Immanem Enceladum triquetris premit insula ter-
 ris Sūmi terrigenū regis qui Gigantum fuit antesignanus & pri-
 ceptus: ut hic ait poeta. alij Porphyriōnem tradiderunt & Alcyoneū
 Terrigenū Gigantum qui terra matre nati dicuntur quorum: præ-
 ter quos ante diximus: nomina sunt hæc. Cinnus Coel frater a quo
 Thessaliæ ciuitas Cinna ut placet Stephano Almops Neptunni
 & Athamantidos Helles filius: a quo Macedonia pars Almopia
 culus in Cassandra Lycophron meminit. Polybotes: in quem Ne-
 ptunus eius montis qui Prion apud Con insulam dicitur abru-
 ptis frustrum pro telo coniecit: unde Nyfiros insula nata creditur.
 & quem Proserpina subtulit Besbicos a quo cognominis insula
 prope Cyzicum ut de Cyzico scribens inquit Agathocles. Item
 Celadon quē primo Gigantidos Dionysius poeta celebrat. & A-
 thos a quo Thraciæ mons Athos: ut Nicander in Europæ quin-
 to refert quomq; a singulis pene gigantibus appellationem loca
 sortita sint: facile adducor ut inde quoq; Mimanti nomen hæsi-
 se credam. Recensetur in gigantomachia a Claud. Pelorus Da-
 mastor: Echion: & Paleneus. Illud optimo iure quæri potest: quo-
 nam pacto immundi dimicatione dijs auxilio cum dite Proserpi-
 na venerit. ut alibi cecinit Claud. & nos Agathoclis sententia me-
 morauimus: si priusq; raperetur debellati Gigantes erant ut hic oñ-
 dit. ¶ Caderetq; grau. pond. ni laps. fulc. prox. querq; i. Abies in-
 par oneri cæderet: nisi suppositum robur adminicularetur ¶ Inde
 timor numemq; loco. ex illa hominum opinione accessit loco ma-
 lestas & quedam religio. ¶ Nem orisq; senectæ parclitur
 Lucorum senio nemo nocet. nam Maiores antiquas & dijs
 sacras arbores venerabantur. ut Quintilia. de Ennio scri-
 bens indicat. an intelligendum potius est: annosas illic arbores
 ob id esse: quia non cederentur: prior tamen sententia magis con-
 uenit. ¶ Nefas. s. ducitur. ¶ Aethereis. Cælestibus & deorum ho-
 nori dicatis. ¶ Pascere oues. pecudes illuc appellere. ¶ Nec robo-
 ra lædere Cycops. Cyclops & Lestrigon fratres fuerunt: quorum
 lestrigon Antiphate Cyclops Polyphemum genuit autor Sep-
 mius in Dictym. idem suspicari licet ex Tibulli versu ad messalam

Enceladus.

Gigantum
nomina.Cinnus.
Locus.
Almops.Polybotes
Prion mōs
Nyfiros in-
sula.Besbicus. .
Celadon . .
Athos.Athos.
Athos
mons unde.Pelorus
Damasstor
Echion.Paleneus.
Cyclops.Lestrigon. .
Antiphates

Liber.

Polyphemus
Cyclopes q

Non valuit coeptos cursus auertere Cyclops Cessit & Aetnae Ne
ptunnius incola rupis. i. Polyphemus quē videtur a Cyclope diuer
sum statuere. Verg. Aeneid. iij. Polyphemum quasi Cyclopum
principem memorat. Homerus ex interpretatione Platonis Sa
culum aureū in Cyclopius designavit: quos scribit post Diluuiū
montium cacumina tenuisse: atq; in speluncis victitasse fructibus
sponte nascentibus. ¶ Ipse Polyphemus. Emphasim pronomen
h3. q. d. religionis neglector de quo Naso. Nempe ille immitis:
& ipsis Horredus syluis: & visus ab hospite nullo impugne: & ma
gni cum dijs contemptor Olympi. ¶ Fugit ab umbra sacra. vitae
opacū lucū: metu numinis cui sacer est. etiam si pastores ramorum
frigus audissime conlectantur. Polyphemus in Sicilia pastor fuit
Neptunni filius & Nymphæ quam Thoosam vocat Homerus
in Udyssæa. ¶ Non tñ hoc tag data Ceres. non tenuit Cererem lo
ci religio: qui inde faces sibi conficeret. Accenditur ultro religioe
loci. immo quo dijs sacras arbores intelligebat: eo magis ad
excidendum mouebatur: vt iniuriam vendicaret. putabat. n. deos
autores fuisse cur eius filia raperetur. ¶ Ultro multo magis. Verg.
his lachrymis vitā damus & miseresimus ultro. Vibra: q; incer
ta securi. quo fortūa defert bipēnē cōjcit obuias quasq; arbores si
ne vilo discricie ferro posternēs. & hoc potius pl3 quā si legas ifesta.

Polyph
mus qui.

Ipsum etiam petitura Iouem. succidere pinus:
Et magis enodes properat posternere cedros.
Exploratq; abiens truncos rediq; tenorem
Stipitis: & certo praetentat brachia nixu.
Sic qui vecturus longinqua puer aquora merces
Molitur tellure ratam: vitamq; procellis
Obiectare parat: fagos metitur: & alnos.
Et varium rudibus syluis accomodat vsum.
Quæ longa est: tumidis præbebit cornua velis
Quæ fortis: clauo potior quæ lenta fauebit

Remigio. stagni patiens: aptanda Carinae
 Tollebant geminae capita inuiolata Cupressus
 Cespite vicino: quales non rupibus Idae
 Miratur Simois: quales non diuite ripa
 Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes
 Germanas adeo credas: sic frondibus æquis
 Astant: & socio despectant vertice Lucum.

¶ Ipsum etiam petitura Iouem. Ecce cur non certos scelus libræ
 ret: quia nihil interesse arbitrabatur: quam prius deiceret. quippe
 pe cui erat impetus: vel ipsum Iouem si se offerret eodem pacto
 vulnerare. Properat. expedit contendit. Pinus hæc arbor aptissi-
 ma tedis est. quia pinguis exudat picem. Magis enodes ad sui ge-
 neris arbores comparatio fit: non ad pinum: que fusior inquit est
 inter Cedros & minus modosa. Cedros. & inde commodissime
 faces fiunt: nam & ipsa pingui succo est: quo perliti libri cariem
 non sentiunt: vt ait Vitruuius Verg. deirce. Vrit odoratam no-
 Æurna ad carmina Cedrum. Exploratq; abiens truncos. i. Ceres
 hanc & illam arboram: nusquam consistens tētavit: donec ad ger-
 manas illas Cupressus incidit. Abiens. inquit & vsq; peragrans
 sylvas nam qui legunt Abies & accusandi casum numeri multitu-
 dinis esse putant: Analogiæ rōe coerguntur. Recti p̄ tenore, sti-
 tis teretē trūci p̄ceritatē. Prætentat. priusquā deiciat experitur.
 Brachia non sua quod inepte nunnulsi suspicantur: sed ramos in-
 tellige. Certo nixu firmo concussu. Si hoc exemplo docet: quo pac-
 to Ceres arbores exploraret. Qui vectures merces. Mercatoris
 periphrasis. Orat impiger extremos currit mercator ad indos.

Cedrus.

Longinqua per æquora per longum maris spacium: vel quæ lon-
 ginquas idest peregrinas regiones ac oras alluunt. vt illud seu-
 mea longinquus viscerat piscis edet. idest externus. Molitur. ra-
 tē nauē construit. Verg. Moliriq; arcē & manibus subuoluere saxa
 Obiectare expōere. Virā caput Procellis. maris & celi tēpestatib⁹

Longinquū.

¶ Metitur. mensurat: & tentat. ¶ Fagos arbores e genere glandi-
 ferarum dictæ q̄ ante fruges inde mortales: vicitabant. ¶ Al-

Alnus.

Liber:

ros populo non ab similes. vt eadem fere credantur. Quin Phæ-
 tontis sorores in Alnos mutatas ait Maro: quas Cuidius Inpo-
 pulos aptæ nauigijs ideo sunt: q̄ aquis obrutæ diu non corrup-
 puntur. vt expoluimus. ¶ Rudibus syluis accomodat vsum. i.
 materiem suo quatq̄ muneri deputat: anteq̄ cædat. nam prius
 eligit arbores ad opus idoneas: deinde ferro deiectas importat
 Quæ longa est. ratio quam cædendæ materiæ Mercator habere
 debet. ¶ Procerior inquit Arbor. ¶ Præbebit cornua Extremis
 antennis conueniet: quas nostrorum plures cum Vergilio cornua
 vocant. C. Balbus græca voce Ceruchos. Velis tumidis. vento ple-
 nis. ¶ Fortis dura: sicut est Robur. ¶ Potior. magis apta. ¶ Cla-
 uo. Gubernaculo. ¶ Quæ lenta flexibilis est: vt vlmus atq̄ fraxi-
 nus. ¶ Flauebit utilis erit ad remos: qui mollicie commendantur
 inde Verg. ante & Trinacria lentandus & remus in vnda. ¶ Sta-
 gni patiens. quæ aquis non corrumpitur. ¶ Aptanda adhibenda
 scilicet est. ¶ Carinæ. Supremæ ratis parti: quæ fluctibus condita
 semper est. ¶ Tollebant geminæ capita Inuolata cupressus:
 Erant illic duæ cupressus: germana quadam similitudine pares &
 incedue: quæ in summam euaserant altitudinem. ¶ Vicino cespi-
 te. propinquo solo. hoc est inter se proximæ. ¶ Quales non rupi-
 bus idæ Miratur Simois pulchriores quam que proueniunt in
 Ida Troiana quas visedæ proceritatis esse Verg. innuit. Nec Sa-
 lici lotoq̄ nec idæis Cyparissis. Simois agrî Troiani fluuius est
 fama quam natura maior: Homeri poetarūq̄ carminibus celebra-
 rimus. ¶ Lambit irrigat. ¶ Orontes amnis ab interiore Syria ca-
 put ollit mox inter Apameaz & Antiochiam demergitur. in hia-
 tū quem Charibdim vocant inde quinq̄ milibus passuum per cu-
 niculum lapsus: rursus emergit inq̄ proximum Apameæ salum
 se condit. Typhon antea dicebatur a Typhone gigante illic fulmi-
 natio. vt scribit Strabo. Mox ab eo qui ripas ponte iunxit Orōtis
 nomē accepit. Secat Antiochiam si Dionysio poetæ credimus.
 Nutritor Apollinei nemoris in cuius ripis spectatissime lauri vl-
 rēt & allusit ad Daphnem Antiochiæ suburbanū: qd̄ octuaginta
 stadiorū ambitu claudebatur: vt Strabo refert. Arrhianus quæ de
 Ladonis filia Daphne & Appolline fabula canit hic gesta credit:
 & inde nomen loco datum. Locī meminit Iulianus etiam Cæsar
 oratione qd̄a quæ Misopogū inscribitur. Lyciæ p̄terea solū Da-
 phnæ fuit: & i ipsi p̄oti faucib⁹ ad dexterā nauigari port⁹ autore

Antennarū
 cornua.
 Ceruchi

Simois.

Orontes
 fluuius.

Typhon.

Daphne lo-
 c⁹ vbi r̄ cur.

Stephano, Daphnas ad ostium Nilii pelusiacum: reddit Herodotus
 Adeo. quippe. affirmandi particula. ¶ Credas arbitraris si spectes
 ¶ Germanas. sorores geminas: tanta similitudine confunduntur.
 ¶ Frondibus equis. paribus ramis. ¶ Socio vertice. equali
 altitudine. ¶ Despectant. lucum exuperant cæteras arbores.
 nam quæ sunt infra nos: ea despectamus.

Hæ placuere faces. pernix inuadit vtramque
 Cincta sinus: exarta manus: armata bipenni.
 Alternasque ferit: totisque obnixæ trementes
 Viribus impellit: pariter traxere ruinam:
 Et pariter posuere comam: campoque recumbunt
 Faunorum Dryadumque dolor. complectitur ambas
 Sicut erant: alteque leuat retroque solutis
 Crinibus: ascendit fastigia montis anhelis:
 Exuperatque æstus: & nulli parua saxa
 Atque indignantes vestigia calcat harenas.
 Qualis prestiferos. animare ad crimina Taxos
 Torua Megæra ruit Cadmi seu moenia poscat
 Siue Thyestæis properet sæuire Mycenis.

¶ Hæ placuere faces. Has cupressus idoneas rata Ceres est: vnde
 sibi faces conficeret. ¶ Pernix. velox. i. illico. ¶ Inuadit. aggre-
 ditur. ¶ Cincta sinus. subductis vestibus. ¶ Exarta manus. nuda-
 tis lacertis. vt expeditior ad ictus esset. ¶ Armata bipenni. Secu-
 ri. Alternasque ferit. mutuis vulneribus vtramque cedit. nam modo
 hanc modo illam ferro petebat. Pariter traxere ruinam. simul hu-
 mi procubuerunt. ¶ Faunorum Dryadumque dolor. Dryades &
 Faunos communibus benefactis antiquitas venerabatur. eosdem
 quæres agrestes curare existimabat. ideo que pariter invocantur a
 Marone. Et vos Agrestum præsentia numina Fauni ferte simul

Fauni

Liber.

Dryades

Rhæcus

Nymphis
cum cerere
sacra cōia

Meli cibus
qñ primum

Melissacur.
apis.

Nymphia
matrimonia
grece quare

Erisichthō
fame pfect⁹
Triopa.
Qui. locus.

Satyrūq; pedē Dryadesq; puellæ. Cupressum Fauni gestabant: vti
idem Maro testatur: Et tenerā ab radice ferens Syluane. Cupres-
sum. causam refert Seruius: nescio tamen an veram quom Cypar-
rissum Naso delicias appollinis in Syluani fuisse tradat. vt inde
cupressorū casu doluerint: Dryades autem quoniam quō sint ar-
boribus equeuæ: vt canit pindarus: vna cum ijs cadebant. Quin
ex ijs quædam acceptam salutem Rhæco tulit: q; eius a bori iaz
ruenti pedamentum supposuisset. Historiam scribit Charon Lam-
placenus. Magna Cereris indignatio: quæ ne sacrorum quidem
Consortibus Nymphis pepercerit. quippe nullus huic deæ cultus
absq; Nymphis exhibebatur. ex causa quam Mnasæas Patareus
memorat. Vetusiores enim quō carnibus etiam sui generis vesce-
rentur: & Nympharum monitu ad mitiorem victum reuocati ter-
ræ foetus ac mel in cibus habere coeperunt. quippe Melisse quædā
Nympha: forte fauim nacta gustauit: quomq; placuisset: alijs vt
ederent exemplo fuit: ostenditq; quo pacto in poculis aquaz mel-
le diluerent. Res (inquit) in Peloponeso gesta traditur. in græcorū
lingua apis Melissa dicta est: institutumq; vt rē diuinam pro-
pmodum nemo faceret: sine grata Nympharum mentione: ma-
trimonia præsertim: quæ vocant ab eis Nymphia: quoniam mor-
talibus Nymphæ pietatis & religionis autores extiterant. Nunc
autem Nymphas irata Ceres offendit quarum prius iniurias acer-
bissime persequabatur: quippe quæ fame confecerit Erisichthonez
quod eisdem sacras arbores excidisset. vt in hymnis Callimachus
innuit. fabulam narrat Cuid. viij. metamor. li vbi non Dryopei⁹
Erisichthon a populis: vt quidam putant: sed Triopeius appella-
tur a patre Triopa: siue potius Triope: quod Hellenico fere pla-
cuit: a quo Triops: non Triopa declinatur. Hyginus alios (arbit-
ror) sequutus aures: historiam variauit Ad hæc Aristides de
rebus italicis tertio ex incesto Valcrijs Tusculani: qui cum filia
concupuit editum Faunum tradit ¶ Complectitur corripit ipsa
Ceres. ¶ Ambas. vtramq;. ¶ Sicut erant. s. indolatas. nam raz-
mos non amputauit. ¶ Retroq; solutis crinibus. demissis post ter-
gum comis. ¶ Ascendit fastigia. superata altitudinem. ¶ Montis
anheli. Aetnæ que perpetuo flagrat incendio. ¶ Exupat. euadit.
¶ Aestus. ignium vapores. ¶ Et nulli parua saxa: rupes alijs i
accessas. ¶ Indignantur vestigia. quo nemo propter ardores ac-
cedit. nam calida fauilla calcantium pedes exurit eadem per comas

perationem Papinius et refert ¶ Qualis Cereris habitum cogna-
to describit exēplo Nam Ceres Erynnis et dicta est sumptaq; Fu-
riae forma cum Neprumno cōcubuit: vt superi⁹ exposuim⁹ ¶ Me-
gæra παρὰ το μεγῆρα. i. ab Inuidio ¶ Rust festinans pgit ¶ Ani-
mare vt animet hoc est accēdat. nā Zenoni Itoico ai⁹ ignis vī:
vt inquit Cicero. ¶ Ad crimina patrandis sceleribus. vel ad ho-
mines deprauandos qđ furiarum munus est: vt alibi Claudianus
in Ruffinum testatur ¶ Taxos pæstiferas arbor notissima taxu-
est. copiosior in Hispania Galliaq; pueniens: vnde Toxicū vul-
go dicimus vt Plinius autumat aduersus hoc venenum Corui re-
medium monstraerunt: ipsius arboris frondes: iōq; Taxū cor-
uaciam Galli vocant vt inter naturæ miracula tradit Aristoteles
Eandem Sextius Smylacem vocari græce putat. esseq; in Arca-
dia adeo noxiam: vt siquī dormiant sub ea cibūue capiant emo-
riantur ¶ Cadmi moenia Thebas q̄s ephænicia pfectus Cadm⁹
in Bœotia condidit ex oraculo præuiam bouem sequutus vt na-
rat Ouidius: eoq; prior in tertio de bello Titanum Musæus. ab
hoc animante Bœotie nomen inditum Castor autumat aliunde
Nicocrates & Euphorion: vt commodius exponemus. Porro
Thebas ab ægyptijs Thebis cadmus appellauit vt in nomencla-
turis oppidorum scribit Archemachus qđ Leon: Cosmes: Xenas-
goras: & Nicanor affirmant q̄ppe illinc migrasse Cadmum Dio-
dorus: & alij prodiderunt. Is (vt alij) Phœnicis (vt Pherecydes
quē sequimur) Agenoris filius fuit: ex Argiope Nilifilia suscept⁹
Lycus vero qui Thebanā scripsit historiā: post Deucalionis inqt
diluuiū Iuppiter Eodamā Tithoni filiā cōpressit ei⁹ cui p̄r fuit
Amphictyon: eadēq; mathuro partu Theben genuit: q̄ mox Ogy-
gi nupsit. vñ Thebas Ogygias dictas aiunt. Ogyges autem Ne-
ptunno p̄re & Nympha cui nōmē Alistra natus est. Itaque The-
bas Cadmi moenia Claud. vt urbem Alcathei Megarem dixit
Ouidius. Nam Pelopis filius Alcatous cædis in Chrysippū fra-
trē suspectus. Megarā cōfugit: occiso p̄ leone: qui Citherontus a
loco dicebatur: multosq; & in ijs Megarei regis filiū Enippū neca-
rat: ascit⁹ Megareo gener: in regno successit autor Direchidas hic
ille Alcatous est in cuius Apollo gratiā: Megaræ arcem cōstru-
xit quō p̄ sub q̄dā muri pte lyrā deposuisset: neruorū sonū lapis
attraxit. vt Palephat⁹ & Pausanias pdiderūt. ac in Ciri Verg. me-
minit male qui apud Ouidiū Alcathe legunt: & oppidi nōmē in-
terpretatur. Nā vt urbē Tatij recte q̄s Romā dixit: ita nō bñ q̄

Erynnis.
Egera.
Animare ac
cendere.

Thebe
Boeetia vñ
Thebe vnde
Cadm⁹ qui
Argiope.

Eodama . . .

Ogygie.

Thebe cur
Ogyges q̄

Alcathe⁹ q̄
Enippus . . .
Lapis in ar-
ce megarem
si vocalis . . .
Qui. locus.

Liber.

Mycene
que r vnde

Tatiã Quin vniuersa quandoq; Bœotia Cadmeis a Cadmo dicitur
ita est. vt docet Thucydides. hoc autem sumpsit ex illo Statij: qui
de Furia sic ait. Arripit ex templo Maleæ de vale resurgens No-
tum iter ad Thebas: neq; enim velocior vllas itq; reditq; vias co-
gnataq; tartaro maui. ¶ Mycenis. Perseus Iouis & Danaes fi-
lius in Peleponeso Mycenis condidit Mercurij monitu: quom
μυκησ̄ .idest eius gladij capulus illic sibi excidisset: vnde nomen.
alij Mycenis απο του μυκησ̄ ασ̄θαι dicitas autumant. quod ibidē
stabulata bos lo mugiebat. inde .Papi. Iti phoroneis quonda; sta-
bulata sub antris. Sunt qui Myceneo Spartonis filio Phoronei re-
gis fratri cognomines arbitrentur in ijs Thyestes regnavit: que;
Tantali filius & Euryanasse Pelox ex Hippodamia suscepit: vt in
Pelopidis tradit Dositheus. quomq; is Aeropē Atrei fratris vxo-
rem vitiaisset: Atreus ex eo stupro conceptum puerum epulanduz
patri apposuit. Thyestes ex oraculo Pelopæam filiam compressit:
vnde natus Aegisthus est: patris vltor. hoc argumento Tragœ-
diam Maro scripsit: sed eam pro sua Varus edidit vt refert Dona-
tus. aliam deinde Vectius magna laude composuit: vt docet Fa-
bius. Extat & Senecæ fabula Thyestes in qua Megæra ab infe-
ris Tantalum vmbra: ad inflammandas ad scelera fratrum men-
tes: ijs verbis educit: Perge detestabilis vmbra; & penates im-
pios furij age: inde Thyestæas poeta Mycenis dixit: alludens ad
tempus qui profecta illuc est Furia.

Thyestes

Dant tenebræ manes q; locum: plantis q; resultant
Tartera ferratis donec Phlegethontis ad vndam
Constitit: & plenos accepit lampade fluctus:
Postq̄ est peruentum scopuli flagrantis in ora
Protinus arsuras auersa fronte cupressus
Paucibus iniecit medijs: lateq; cauernas
Texit: & vndantem flammaram obstruxit hiatum
Compresso mons igne tonat: clausus q; laber at

Mulciber: obducti nequeunt exire vapores

Coniferi micuere apices: creuitq; fauillis.

Aetna nouis: strident admissio sulphure rami

Tum ne deficerent tantis erroribus ignes.

Semper in occiduos insopitosq; manere

Iussit: & arcano perfudit robora succo:

¶ Dant tenebrae manesq; locum: obscuritas & umbrae simul fugiunt. altera lucis aduentu. altere metu furiae. Tibul. Tisiphoneq; impexa feros pro crinibus angues Saeuit: & huc illud impia turba fugit. ¶ Plenos accepit Lampade fluctus. Tædas accendit ex amne Phlegethonte qui flammam agit vt dictum est ¶ Scopuli. Mōtis vt Maro Saxi de vertice pastor. ¶ Ora fauces Aetnae hiatu quas Crateras appellant: vti inquit Strabo. ¶ Arsuras vt ignes corripere. ¶ Aversa fronte reflexo vultu propter fumo commixtam fauillam: quam non ferebat. aliqui legunt. auersa fronde & ad arborem referunt. ¶ Compresso igne. obstructo flammam exitu. ¶ Tonat immane roboat. ¶ Laborat completis omnibus eius antris aestu & fumo: quom non haberent vnde euaporarent ¶ Mulciber. Vulcanus: q; ignis existimatur: qui mulcet ac domat omnia: quod ait Macro. Egnatius de rerum natura libro primo. Deniq; Mulciber & ipse ferens altissima Celi contingit. Eundem Iunonis absq; viri accubitu: cum Hesiodo nonnulli filium sentiunt Homerus Iunonis ex Ioue. cuius officinam Vetustas in Aeolijs insulis statuit: vbi (si Pythææ credimus) Si quis eius opera vti volebat: deposito vespi p̄cio: quocūq; petierat ibidē mane repiebat Fingitur & Aetnam colere. Verg. in Aetna. Principio ne quez capiat fallacia vatū sedes esse Dei: tumidisq; e faucibus ignē Vulcani ruere: & clausis resonare cauernis Festinantis opus. Eadem delipare Strongyle Lemnoq; phama est: vt canit Balbus: ob id insularis appellatur apud obsceni Carminis autorem. Ductor ferreus insularis aequae laternae videor fricare cornu. Nam facere Vulcanum cornu fricare dixit: sumpto loci colore ex illo Plauti. Quo

Mulciber
vnde.

Vulcanus q;

Vulcani officina.

Insularis

Vulcanus
quare

Obsceni
carminis.

Joc⁹ explis
catus

Ductor ferreus.

Sacrum
Sanctum
Arcanum
Sanctaria
Sacraria
Hirpinos
ignes pambulasse.
Medicamentum contra incendia.

ambulas tu qui Vulcanum conclusum in cornu geris? Ignis enim dum clausus intra laternam: sursum versus suapte natura nititur: flammam subinde vibrans corpus inter se miscentium speciem representat: ipsum per laternæ cornu fricare quodammodo ergo iocose de puellæ maciæ prequestus: videor inquit mihi subagitare cornu laternæ: æquæ pro ac ductor ferreus insularis idest Vulcanus qui faber est: & insulas colit: ut ante dixim⁹. Nec in eleganter ductor ferreus faber appellatur: qui ferrum ducit. id est cedendo porrigit: ut sup⁹ exposuimus. Hæc & si nostræ verecundiæ non cōveniūt: explicasse tñ piaculum non fuerit quō viri nō indocti & graues in ijs interpretandis frustra setorqueant. ¶ Obducti vapores preclusus æstus. ¶ Coniferi apices cupressi comæ. quæ nos ferūt. lic. n. Columella cupressi fructus appellat. ¶ Micuere subito ignibus exarserunt. ¶ Creuitq; fauillis Aetna nouis flagrantibus tedis Aetnæ incendium auctum est. ¶ Strident. crepitant ex incendio. ¶ Admisso sulphure. Aetnæ flamma correpti: culus nutrimentum sulphur est. Idem de Cereris errore: ac facibus tragœdiarū poeta canit Carcinus. Tū p̄terea. ¶ Ne deficerēt ipares essēt ¶ Tātis erroribus. adeo lōgis: & tā diuturnis iussit ut numē In occiduos inextinctos. Inopitos sēp accensos. eadē metaphora vsus est Stadius. An tacita vigilet face Troicus ignis. Perfudit. delibuit atq; infecit. Robora. Tædas Arcano succo. sacro medicina. ut est apud Ouidium: cuius verbum Claud. exposuit: quippe sacrum sanctumq; idem quod arcanū qñq; significat inde Sanctaria atq; sacraria dicta loca: quo tñ sacerdotib⁹ adit⁹ ē. ut initio rettulimus. Hirpinos Lucanis annexos Italiae populos Varro scribit: tinctis medicamento nescio quo pedum plantis ignes innoxie perambulasse. quod suo more religioni tribuit Maro.

Quo Phaeton irrorat equos: quo luna iuuenos.

Iamq; soporíferas nocturna silentia terris

Explicuere vices Laniato pectore longas

Inchoat illa vias: & sic ingressa profatur.

Non tales gestare tibi Proserpina tædas

Sperabam: sed vota mihi comunia matrum:

Et Thalami: festæq; faces: cæloq; canendus

Ante oculos hymenaus erat. Sic numina fatis

Voluimur: & nullo Lachesis discrimina scavit.

Quam nuper sublimis eram. quantisq; procorum

Cingebat studijs. quæ non mihi pignus ob vnum

¶ Phæton solis & Clymenes filius apud Cuidium. idem epitheton soli dat Homerus & Tragediarum poeta Sophocles Homerus. *ἡελίου φαέτων*. eodem nomine fuisse canit Hesiodus: Aurora Cephaloq; progenitum Abyrtus etiam Phæthon dictus est: ut Scythicorum secundo Timonax ait. hic ad Cuidij carmen allusit: in secundo metamorpho. de Phaethone. Tum pater ora sua sacro medicamine nati contingit: & rapidæ fecit patientia flammæ

¶ Luna iuuenos. Mulus vehiculum lunæ trahit: q; sterilis uterq; sit ut inquit Festus. an ideo potius: quia sicut mulus non ex suis generis parentibus procreatur: sed ex equa asinoq;: ita ea solis: ac alieno non suo fulgore luceat. Alij iuuenos lunæ bigis adhibeunt: ut hic: & in Phœnice Claud Nitidos stupefacta iuuenos Luna premit. Placidasq; Fulgentius in Mythologijs. Astrigeroq; nitens diademate luna bicornis Bullatum biugis conscenderat æthera tauris in quibus eadem quæ prior in mulis ratio est. Nā sterilis a Tibullo bos appellatur: & Tauri quoq; ferocitatem deponant ac rustico operifiant habiliores caltrari mos est: ut tradit Xenophon & vulgo notum est. Forsaz ab ipsius animalis & lunæ cornuum similitudine tractum est. Apis etiam hos in Aegypto lunæ sacer erat: eidemq; semestrem bouem græci mactabant: hoc est qui plenos sex lunæ cursus egisset: alij septimo: alij decimo post partum die: quom nomina liberis imponebant. Vocatur item luna Tauropola. q; omnia Tauri modo circumeat: ut placet Apollodoro. Deniq; Mithra: quod ut autor est Hossianes: solis nomen est apud Persas: sub antro quodā Leonis specie effictus erat utraq; manu bouis cornua comprimēs: per quod ex interpretatione Lutatij luna repræsentatur: quam sol propterea torquet: q; eius luminibus quandoq; officiat. Papin. in primo Thebaid. Seu Persæi sub rupibus antri indignata sequi torquentem cornua Mithram. Quid si hoc argumentū sit arcani ritus: q; nemo ad Mithræe mysteria prius admittebatur: q; diu sub quibusdam spe-

Phæthō q

Aurore fili⁹.
Absyrt⁹. cognomento.
Phæthon!
Lune curr⁹.

Tauri cas
strantur.

Luna Tau
ropola.

Mithra sol.

Libet

**Mythiae
mysteria.**

Inchoat

**Faces nup-
tiales**

**Dij fatis
obnoxij.**

cubus in quaestionibus habitus: certa fortitudinis & patientiae do-
cumenta dedisset: vt legimus apud Suida. ¶ Iamq; soporiferas
&c. describit noctis aduentum. ¶ Nocturna silentia. circumlocu-
tio nocti in tēpeste quo tempore tacent omnia. ¶ Explicuere via-
ces soporiferas. somnum sparserunt: qui laborū vicissitudinē mor-
talibus exhibet: efficitq; vt alterna quiete corpora reparentur.
¶ Inchoat. accusatiuo iunxit imitatione Maeronis Te sine nil al-
tū mēs inchoat. Suetoni: Emissariū Fucini lacus inchoarit. Cice-
ro. Inchoatū op⁹ reliquit. atq; ita dicēdū Diomedes p̄cipit. Capella
tū vt neutrū p̄talit. India ab emodis mōtib⁹ inchoat: itidē Serui⁹
grāmatic⁹: & Seuerin⁹. ¶ Lōgas vias. diuturnos errores. ¶ Non
tales ge. tibi p̄l. ted. sp: in eūtis iter. Cereris orō flebilis: & ad mo-
uēdos affect⁹ q̄ miltiores dicūtur. oī ex pte acōmodata Nō expe-
ctabaz huiusmodi tibi faces p̄ferre. atq; ita pathos excitat: ab eo
qđ dī: p̄ter spē. ¶ Sed vota mihi cōia matrū. Putabāfore: vt ex te
generū mihi asciscerē: quo nepotes suscipēz qđ alīem matres ēt spe-
rāt: quo pacto demōstrat: i. p̄ba sua vota nō extitisse. ¶ Et thalāi
festeq; faces declarat qđ expetisset: videlz filiae cōnubiū: qđ p̄ abt-
eū designauit. nā thalam⁹ genialis lect⁹ ēt dī: & nouā nuptā quicq;
faces p̄ibāt ex alba spina: quas pueri patrimī matrimiq; gestabāt:
vt scribit Festus: & Plutarch. in qōnibus. ¶ Celoz canēd⁹ añ ocu-
los hymenēus erat. Fingebā mihi p̄pediē tuas in celo nuptias so-
lēni more celebraturā. versibus ēt fesceninis in hymenaeū decāta-
tis: culus gñris apud nos Catullus exēplū reliquit: eiusmodi. Col-
lis o heliconi cultor Vraniae genus⁹ qui rapis teneram ad virūz vir-
ginam. O hymenae. hymen ades O hymenae. reliqua illic. ¶ Sic
numina fatis voluimur. Ita parcarum decretis etiā dij subijcimus
Deos fatis subesse Possidonius non existimat. q̄ primo Iouez: de-
inde naturaz: postremo fatū statuit. poete vero dijs anteponunt:
Martialis ad Sillū. Numina quō videas duris obnoxia fatis inuis-
dia possis exonerare deos. Quin ipse Iuppiter apud Ouidiū. x. me-
tamorph. deos ita alloquitur. Vos ēt (quoq; hoc animo meliore fe-
raris) Me quoq; fata regūt. ¶ Lachesis: vna parcarū. de qua fatis
multa tā diximus. ¶ Seuit ex affectu suo dixit. ¶ Nullo discrimi-
ne. in omnes vno ordine: neq; curat dij ne sint an mortales. Orat.
Aequa lege necessitas sortitur insignes & imos. ¶ Sublimis. elaa-
ca. ¶ Studijs ābitu. ¶ Procorū Proserpinā matrimōio petētuz.

Cedebat numerosa parens; Tu prima voluptas

Tu postrema mihi per fecunda videbat.

O decus; O requies; O grata superbia matris.

Qua gessi florente deam; qua sospite nunq̄

Inferior Iunone fui. nunc squalida; vilis

Hoc placitum Patri. cur autem ascribimus illum

His lachrymis; ego te (fateor) crudelis ademit;

Quæ te deserui solam; quæ instantibus vltro

Hostibus exposui. raucis secura fruebar

Nimirum thyasis; & læta sonantibus armis

Iungebam phrygios; quom tu raperere; Leones:

Accipe quas merui pœnas. en ora fathiscunt,

Vulneribus. grandesq; rubent in pectore sulci.

In memor en vterus crebro contunditur ictu.

Qua te parte poli; quo te sub cardine quæram;

Quis monstrator erit; quæ me vestigia ducent;

Quis currus; ferus ille q̄s ē; terræ ne; maris ne

Incola; quæ volucrum depredã signa rotarũ

Ibo Ibo quocũq; pedes; quocũq; iubebit

Casus sic Venerem quærat deserta Dione;

Efficiet ne labor; rursus te nata licebit

Amplecti; manet ille decor; manet ille genaru

Fulgor; an infelix talem fortasse videbo

Qualis nocte venis? qualem per somnia vidi?
 Sic ait: & prima gressus molitur ab Aetna
 Exitijq; reos flores: ipsumq; rapinae

¶ Quae non numerosa parens? quae non foecundissima mater: & quae plures genuerat. ¶ Non cedebat? submissiorem se non gerebat. ¶ Ob vnum pignus. propter vnicam nataz Proserpinā. ¶ Tu prima voluptas. Tu postrema mihi. conuersio sermonis ad filia; quam Ceres: vt ex Orphei sententia scribit Claudianus vnicaz peperit. misericordiam vero captat definitio. ¶ Per te tua causa. ¶ Foecunda mater. ac minus sterilis. ¶ O decus. o requies. Ecce phonelis. ¶ Qua florente. qua sospite. ¶ Gessi deam. sustinui numinis dignitatem. ¶ Iunone. quae Iouis & ipsa coniunx fuit. ¶ Nunc sine te. ¶ Squallida. sordidus obsita ¶ Vilis. subaudi sū ¶ Sic placitum patri. Inuidiose hoc ait: vt Aeneas apud Vergiliū Postquam res Asiae priamq; euertere gentem Immeritam visus superis. ¶ Cur autem. exornatio: quam correptionem vocat Cicero. ¶ Ascribimus illum ijs lachrymis. cur huius autorem cladis Iouem dicimus? ¶ Ego te crudelis ademi. quom tu mea culpa perieris. ¶ Quae te deserui solam: ratio cur ipsa filiam peremerit: qd absq; se puellā reliquerit. ¶ Hostibus. raptoribus. ¶ Instātib; q tuae rapinae inhiabāt. ¶ Exposui. obieci. ¶ Nimirū sane. ¶ Secura. a metu ociosa. honesta inuersio q increpat. ¶ Fruebar. voluptatē capsebā. ¶ Raucis thyasis. ex matris Ideae fanaticis: ad raucū Tympani sonū saltātib; ac iter eos ipsa tripudiās. ¶ Sonātib; armis. Armorū plausu quē Corybātes edebāt. de qb; videq; superius ex Strabone graecisq; autoribus exposuimus. ¶ Iungebam leones ad currum Cybeles: quem leones trahunt: vt ante dixim; ¶ Phrygos. Berecynthiae: quae colitur apud phrygas. ¶ Accipe. dictycos: idēq; significat apud paulopost. En. Verg. Accipe nunc danaum insidias id est ecce tibi: quamuis aliter Seruius. ¶ Ora. genae. ¶ Fathiscunt rimas agunt. ¶ Vulneribus vnguibus laceratae. ¶ Sulci. Cicatrices. ¶ Immemor oblitus officij sui. ¶ Qua te pte poli? sub qua celi plaga. ¶ Cardie. polo. ¶ Mōstrator. raptoris index. aut tui. ¶ Quae me vestigia ducent? quibusnam veatigij; insistam? ¶ Quis currus? Ferus ille quis est? Crebrae in

terrogatiunculae ex addubitatione pathos augent: vt saepe iam diximus. ¶ Terrae ne? maris ne incola? Salum ne colit an terram? ¶ Signa rotarum. orbi tam. ¶ Volucrum quippe quas equi velocissimi rapiebant. ¶ Ibo ibo. pathos excitat repetitio. ¶ Sic. vt nunc ego. ¶ Deserta orbata liberis: vt ipsa Ceres: quae deserta p epitheton dicitur: ex quo Proserpina raptata est. Vergilius Aeneidos secundo. Est vrbe egressis tumulus: templumq; vetustum. Desertae Cereris: nonnulli tamen ad Aedis solitudinem referunt quod non improbamus. eius enim deae templa semper in angulis ac secessibus ex antiqua religione constituebantur: & quo frequentes homines non confluerent: vt Vitruuij testimonio docuimus ¶ Dione. Thyos & Oceani filia: mater Veneris Heliodus auctor & Cicero. Ab hac: vt Theopompus in Philippicis ait: Dionaea Cyprj vrbs dicta est. Eurypides in Antigone Dione n vocat: quam Pindarus: & alijs praeterea & Thyonem. videlicet liberi matrem Semelem. Panyasis autem non Bacchi parentem Thyonem: sed eiusdem nutricem fuisse canit Heraclaeae libro tertio. ¶ Efficere ne? proderit? ¶ Labor? inte quae enda susceptus. ¶ Licebit? dabitur ne mihi vnquam te rursus amplecti. ¶ Manet? adhuc reliquus est. ¶ Ille decor? illa venustas & formae gratia. ¶ Genarum fulgor? allusit ad lunam: quam vetustas eandem cum Proserpina credidit. ¶ Qualis nocte. v. q. per som. v. cuiusmodi per quietem mihi obseruata es: ¶ Molitur gressus. viam capessit. ¶ A prima Aetna Aetnae a summo vertice. vel itellige primos gressus & erit hypalage

Ceres quare
deserta.
Dione.
Dionea ciuitas.
Thyoneque
Semele.

Detestata locum: sequitur dispersa viarum
Indicia: & pleno rimatur lumine campos
Inclinatq; faces. Omnis ma det orbita fluxu:
Omnibus admugit: quocumq; it. in aequore fuluis
Adnata vmbra fretis: extremaq; lucis imago
Italiam Libyamq; ferit clarescit Etruscum
Littus: & accenso resplendent aequore Syrtes:
Antra procul Scyllaea petit: canibusq; reductis

Libet.

Pars stupefacta filet: pars nondum exterrita latrat:

¶ Detestata maledictis & execrationibus profecuta. ¶ Reos exitij. quorum causa Proserpina rapta est. & inde suspicari licet Ad Aetnam montem rem gestam. nam Ceres adhuc erat in Aetna quom rapinae locum detestabatur. ¶ Viarum indicia orbitam vestigiaq;. ¶ Pleno lumine ardenti tæda. Statius de Cerere magnæ variabat imagine flammæ. ¶ Rimatur diligenter exquirat. ¶ Inclinat facem. gestû scrutantis expressit. ¶ Omnis madet orbita flæ tu quodcumq; rotæ vestigium deprehendebat: desiderio filia Ceres flætu rigabat: ¶ Omnibus admugit quocumq; it. hunc locum sumpsit ex comparatione Papinij: qui. xij. Thebaid. in mentione Cereris ita ait. Illius insanis vlulatus ipse remugit Enceladus ruptoq; vias illuminat igni. Persephonem amnes Syluæ: freta nubila clamans. Persephonem stygij tantum tacet aula mariti. ¶ Fuluis adnatat vmbra fretis. Idem Papinius. Qualis ab Aetneis accensa lampade saxis Orba Ceres magnæ variabat imagine flammæ Ausonium siculumq; latus. ¶ Fuluis. ignis repercussu: nam quom fulgor in aquas incidit fuluum colorem reddit: qui de viridi atq; ruffo mixtus videtur: vt inquit Gellius aliqui fuluû dicunt ex nigro rubroq; concretum qui color maris conuenit: nam purpureum mare vocat Homerus: & omnes ceruleum Pacuius flauas appellat: aq; & æquor. Ennius vertit ex templo placidû mare marmore flauo: quod in Ruffinum Claud. vsurpat. Flauis incertior vndis. prior tamen sententia magis placet: vt habeat igneum de tæda: viride siue ceruleum de Salo. ¶ Italiam multis antea nominibus Italia dicebatur. ¶ Argessa quod tradit interpretes Lycophronis Saturnia: Ausonia: Tyrrhenia demum a vitulis Italia quorum in ea magna copia fuit: & Itali veteri græcorum lingua vocabantur Timæus autor & Varro. Verg. a duce nomen inditum & putat. Cenotrij coluere viri: nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem. Itali Prudentius in Symmachum meminit. Assistent etiam Priscorum insignia regum Dux Italus. Ianusq; bifrons: genitorq; Sabinus. Ferit. i. igneus fulgor. Libyam. i. litus Aphrycæ quæ Libya dicta est: vt sentit Varro quasi λειπία nam cælo terraq; penuria aquarum est: vt ait Salustius. Clarescit illustratur: Etruscum litus Tyrrheni maris ora

Fuluû mare
Flauû mare

Italia cure
quibus ante
tea nomibus

Libya vnde

nam Thuscia velut $\epsilon\tau\epsilon\theta\omicron\omicron\ \alpha\epsilon\theta\omicron\omicron$ Etruria dicta est: quippe qua Romanos fines alluit Thyberis Etruriae terminus olim fuit: eiusdem quoque alteram ripam Romani: alteram tenebant Etrusci Iuuenalis Imperii fines Tyberinam virgo natauit. autor Serui? Alij dictos Etruscos autumant ab eiusdem regionis oppido Atria quam Diomedes condidit: & Aethriam primo nominatam scribit Stephanus vel $\alpha\pi\omicron\ \tau\omicron\upsilon\ \tau\eta\eta\ \alpha\iota\theta\rho\alpha\upsilon\ \alpha\sigma\kappa\epsilon\iota\upsilon$: propter auguriorum peritiam: quia de caelo seruantes exercent Aethera. quod si verum sit oporteret eius nominis primam produci: quam corripit tamen frequentius obseruabis. Thusci praeterea seu (quod est idem Tyrrheni) campaniam tenuerunt: vt. refert Plinius & in Vergilium Donatus: quorum Coloniam fuisse Capuam tradit Mella Tibullus de balneis puteolanis. Me tenet Aetruscus manat quae fontibus Vnda sub aestiuum non adeunda canem: Lucretij carmen de rerum natura libro. vi. sic emaculandum fuit. Hic locus est Cumas apud Aetruscos per montes Oppleti calidis vbi fumant fontibus aucti. nam de Auerno loquitur. Sed hic aliqui legunt vtrumque littus ex Papinio: cuius carmen antea recitauimus. Magnae varabat imagine flammam Ausonium siculumque latus: prior tamen lectio castigatior. ¶ Syrtis numero multitudinis ait quoniam duae sunt: vt ante diximus. ¶ Antra procul Scyllaea perit ita sane legendum: non Scylla petit vt vitiat codices habent. Tædarum splendor inquit Scyllae specus euerberat. In freto siculo Scylla saxum est appulsis noxium: quod haec nomen retinet: etiam si Scyllum neutro genere vulgus efferat. Palephatus inter ea quae fidem non capiunt: metricem fuisse Scyllam tradit quae quom degluberet amatores in indignatione deorum in maris monstrum conuersa sit ex puella: quale describitur in Odyssaea Palephati testimonio Verg. ad Messalem scribens vtitur. Docta palephatia testatur voce papirus. & ita nostra censura nuper Minutianus impressit. In alijs omnibus exemplaribus cicatricosum carmen inuenies Nostra palephatia testatur voce Pachynus idque nescio quis (nam Domitij glossulas illas esse non arbitror) ad venerem Pachynum per Siciliae promontorium petridicule refert Scylla praeterea Nisi filia fuit: quae succiso fatali parentis crine Nisaeam arcem Minoi prodidit Sed his puellae scelus auersatus ab eius nauis Clauo pendente per equor distraxit: quoad in auem Cirin amphitricas miseratione migravit:

Etruria vii

Atria
Aethria.Thusci campaniam tenuerunt.
Capua.]Thuscorum
Colonia.
Lucretij
locus. . .

Scylla saxum

Verg. locus

Scylla: Nisi
filia.

Liber

Saronicus
sinus ynde.

fabularum græco carmine metamorphoseon autor Parthenius me-
morat inde. Saronicus sinus dictus est: ut placet Eustathio nosiri
nominis affinitate abutuntur: nam maris etiam monstrum Nilæ
dem vocat Cuidius. ¶ Reductis. locis metu coercitis canibus
qbus inguinuz tenuis vallata est. ¶ Pars: catulorum. ¶ Stupefa-
cta nimio tædarum fulgore. ¶ Nondum exterrita, pauefacta.
¶ Latrat. haubat. vtraq; canum propria vox est. .

¶ Habes igitur lector studiose tres de raptu Proserpi-
næ libros Cl. Claudiani Alexandreni/ingenio adco
excellenti & ad componendum apto ut a natura
ipsa instructus ad poeticam facultatem videat
tur a Iano Pharrasio interpretationis
munere donatos expurgatosq; ac
impressos Parisijs per Ioan-
nem Gourmontium bi-
bliopolâ Parisien

Anno domini

M.D.xvij.

die vero.

xxij. Oct.









